.1. Canones generalium conciliorum ut ysodorus ait a tempore constantini imperatoris ceperunt quibus sancta Romana ecclesia fidem catholicam suavessere et sancti patres in concilio niceno convenientes secundum fidem evangelicam et apostolicam certitudinem condiderunt in decreta statuentes sicut beatus gregorius papa scribit quod sicut

A.

.Quod. vicarii. sufficientem habeant sustentacionem

✱ 2. Item. Statuimus ut vicarii ecclesiarum sufficientem et honestam habeant sustentacionem de proventibus ecclesiarum cum qui altaribus deserviunt de ipsius ecclesie proventibus vivere debet. Ita tamen quod porcio vicarii pura libera omnibus omnibus deductis ad minus estimacione decem marcarum attingat. si ad hoc suppetat ecclesie facultates. complius quod in pinguioribus ecclesiis secundum modum facultatum et onera eisdem incumbencia sufficientes porciones vicariis assignet. Ca

A

fundamentum · ex quo more per catholicorum principum prouincias et regna ſalubriter inſtitutum eſt vt ſingulis annis prouincialia concilia ad decorem domus Dei et fidem catholicam firmiter obſeruandam rite celebrentur · Cui mori felicis recordacionis Honorius Papa in eccleſia Scoticana concenſum adhibuit ſpecialem in hec verba · *Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei etc.* Auctoritate igitur Dei omnipotentis et ſacrorum canonum et ſacroſancte Romane eccleſie nos prelati eccleſie Scoticane concilium prouinciale noſtrorum predeceſſorum more celebrantes et laudabilem conſuetudinem obſeruantes vnanimi concenſu ſtatuimus et ordinamus vt ſingulis annis ſinguli epiſcopi et abbates ac prioratuum priores in habitu ſolempni ad concilium celebrandum ad certum diem per conſeruatorem concilij ſibi competenter prefigendum deuote conueniant vt per triduum ſi neceſſe fuerit in eodem concilio valeant pro neceſſitatibus diuinis et eccleſiaſticis commorari et inuocata ſancti ſpiritus gratia ſtatum eccleſiaſticum ibidem ad modum debitum et placentem Deo reformare · Si quis vero eorum canonica prepeditione fuerit impeditus procuratorem vice ſua ſufficientem ſubſtituat · non autem veniens perſonaliter cum venire poſſit et noluerit auctoritate concilij et arbitrio puniatur ·

II. Quomodo conſeruator debeat eligi ·

Statuimus etiam in primis vt quolibet anno verbum predicationis cuilibet epiſcoporum vni poſt alterum iniungatur in proximo concilio per ſe vel per alium proponendum incipiendo ab epiſcopo ſancti Andree · et quod vnus epiſcoporum conſeruator ſtatutorum concilij ordinetur de concilio reliquorum qui de concilio ad concilium ſuo fungatur officio ac manifeſtos et notorios eiuſdem concilij ſeu alicuius ſtatuti in eodem violatores puniat et ad debitam ſatiſfactionem per cenſuram eccleſiaſticam ſecundum iuris exigenciam efficaciter compellat ·

III. De fide catholica ·

Statuimus ſacri approbatione concilij vt prelati maiores et minores fidem catholicam et apoſtolicam indubitanter teneant et ſubditos ſuos vtriuſque ſexus in articulis fidei diligenter inſtruant monentes et inducentes parochianos ſuos quod ipſi ſuis liberis eandem fidem exponant et eos doceant fidem chriſtianam obſeruare ·

IIII. Quod Sacramenta eccleſie diligenter miniſtrentur ·

Statuimus quod ſacramenta eccleſiaſtica cum deuota Reuerencia in fide catholica celebrentur ſub certa forma a ſanctis patribus et ſacris ſcripturis tradita · Sub certis verbis catholice tradita modis aliquibus immutare non liceat ·

V. Quod eccleſie ſufficienter ornentur ·

Ad hec ſtatuimus quod eccleſie ad modum facultatum ipſorum parochianorum et per ipſos parochianos et cancella earum per rectores de lapidibus conſtruantur et poſtea conſecrentur et debitis ornamentis libris et vaſis ornentur et ad ſtatum debitum reformentur ·

VI. De Eccleſijs edificandis ·

Item ſtatuimus quod nulla eccleſia vel oratorium ſine dioceſani concenſu conſtruatur vel in conſtructis ſine eiuſdem concenſu vel auctoritate diuina officia aliqua temeritate celebrentur quin pocius ſecundum canones ſacros prophanentur ·

VII. De eodem ·

Et quia preſens ſtatutum minus plene in multis locis inuenimus

obſeruatum ſtatuimus vt quilibet noſtrum in ſua dyoceſi diligenter [inquirat] quo iure et qua auctoritate fuerint conſtructe · quod ſi minus rationabiliter conſtructe fuerint vel etiam in poſterum conſtruantur ſecundum inſtituta canonica ſint ſuſpenſe · prouiſo quod cuiuſcunque auctoritate conſtructe fuerint capelle quecunque indempnitati in omnibus matricis eccleſie ſic proſpiciatur vt nullum ei preiudicium generetur · nec de oblationibus a priuilegiatis alicubi aliquid recipiatur niſi ſuper hoc priuilegium ordinario ſufficiens exhibeatur · quod ſi aliqui contrarium fecerint ipſo iure ſint ſuſpenſi ·

VIII. Ne miſſe celebrentur in priuatis locis ſine licentia epiſcopi ·

Item non nulli religioſi et etiam alij tam ſeculares quam eccleſiaſtici in priuatis et inhoneſtis locis ſibi faciunt diuina celebrari immo potius in ſcandalum totius eccleſie prophanari vbi frequentius ſpurcitie peccatorum committuntur et animalia bruta commorantur nulla petita licentia vel optenta a locorum ordinarijs aut aliqua auctoritate exhibita · qua propter ne decetero huiuſmodi fiant ſub pena ſuſpenſionis in perſonas et interdicti in eadem loca et etiam excommunicationis ſi taliter delinquentes competenter moniti ab huiuſmodi preſumptionibus non deſtiterint firmiter inhibemus · volentes et ſtatuentes quod rectores eccleſiarum parochialium et vicarij earundem nec non etiam parochiales preſbyteri huiuſmodi ſententias auctoritate concilij valeant in ſuis parochijs exſecutioni debite demandare ·

IX. De honeſtate Clericorum ·

Statuimus etiam quod quelibet eccleſia parochialis ſuum proprium habeat rectorem aut vicarium qui debitam curam animarum per ſe aut alium ydoneum miniſtrum de licentia ſui dyoceſani valeat exercere et quod ijdem mundam et honeſtam ducant vitam alioquin canonice ſubiaceant vltioni ·

X. Quod vicarij ſufficientem habeant ſuſtentationem ·

Ad hec ſtatuimus vt vicarij eccleſiarum ſufficientem et honeſtam habeant ſuſtentationem de prouentibus eccleſiarum quoniam qui altari deſeruiunt de ipſius et eccleſie prouentibus viuere debent · Ita tamen quod portio vicarij pura libera omnibus oneribus ſubductis ad minus eſtimationem decem marcarum attingat ſi ad hoc ſuppetant eccleſie facultates · Prouiſo quod in pinguioribus eccleſijs ſecundum modum facultatum et onera eiſdem incumbentia ſufficientes portiones vicarijs aſſignentur ·

XI. De Ornatu Clericorum ·

Ad hec ſtatuimus quod rectores et vicarij eccleſiarum et etiam in dignitatibus conſtituti ac ſacerdotes et clerici infra ſacros ordines tam in ſtatu mentis quam in habitu corporis decenter induantur · rubeis pannis ſiue viridibus ſeu virgatis non vtantur nec etiam pannis qui nimia breuitate notentur · vicarij quoque et ſacerdotes clauſa deſuper habeant indumenta · tonſuram deferant congruentem · ne intuentium quorum forma et exemplum eſſe debent offendant aſpectum · quod ſi ab ordinarijs moniti emendare noluerint ab officio ſuſpendantur et eccleſiaſticis ſubiaceant diſciplinis ·

XII. Quod nullus ſe intrudat in beneficio eccleſiaſtico ·

Statuimus etiam quod nullus rector aut vicarius ſine conſcientia dyoceſani aut eius officialis ſuper hoc poteſtatem habentis in poſſeſſionem eccleſiaſticam intrudatur vel aliquam in eadem excerceat adminiſtrationem et qui ſecus fecerit ſecundum canonum ſancita a iure quod ſibi competijt cadere debet et nichilominus arbitrio dyoceſani alias legittime puniatur ·

XIII. De manſionibus beneficiatorum ·

Statuimus etiam quod quelibet eccleſia manſionem aliquam prope eccleſiam habeat in qua epiſcopus ſiue archidiaconus honeſte recipi valeat quam decernimus infra annum debere fieri · tam expenſis perſonarum quam vicariorum pro rata ſuarum portionum · Suſtentatio autem domorum ſpectat ad vicarium cum habeat vſum earum et commodum et ad hoc per ſequeſtrationem fructuum eccleſiarum compellatur ·

XIIII. Quod noui cenſus non imponantur eccleſie ·

Statuimus etiam quod noui cenſus eccleſijs aut vicarijs non imponantur nec antiqui cenſus augeantur et ſi ſecus actum fuerit ſecundum Lateranenſe concilium irritentur et delinquentes in talibus prout iuſtum fuerit puniantur ·

XV. De Clericis ordinandis ·

Ad hec ſtatuimus quod nullus epiſcopus clericos de dyoceſi alterius epiſcopi ad ordines maxime ſacros ſine litteris ordinarij ſui vel eius officialis admittat · clerici autem tranſſiuntes vel ignoti ad nullum officium eccleſiaſticum ſine litteris commendatitijs certis admittantur · et ſi ſine admiſſione epiſcopi officialis archidiachoni in eccleſiis parochialibus ſeu capellis ſe diuinis inmiſcuerint ipſo facto ſint ſuſpenſi · Ad hec ſtatuimus quod quilibet ſacerdos ſeu clericus ad religionem tranſſiens habeat annuale ſuum ſicut et alij qui in Domino moriuntur ·

XVI. De confeſſoribus conſtituendis ·

Quod in quodam concilio ſtatutum eſt approbantes ſtatuimus vt per quoſlibet decanatus prudentes viri et fideles conſtituantur per

epiſcopum confeſſores quibus perſone vicarij et minores clerici valeant confiteri qui decanis forſitan erubeſcunt confiteri et verentur · In eccleſiis vero cathedralibus confeſſores inſtitui precipimus generales ·

XVII. De locato et conducto ·

Cum laicis dari eccleſias ad firmam ſit penitus inhoneſtum et clericis quibuſcunque ad longum tempus propter continuationem temporis que conſueuit afferre periculum eccleſijs poſſet eſſe dampnoſum · vtrumque diſtrictius inhibentes ſtatuimus vt nec laycis vnquam nec perſonis eccleſiaſticis etiam vltra quinquennium ad firmam non conferantur · nec eo finito renouentur eiſdem niſi prius ipſas alij habuerint mediate ſaluis conceſſionibus religioſorum ſuper garbis eis in proprios vſus conceſſis · et vt omnia ſint in tuto precipimus vt preſentibus epiſcopis vel archidyaconis firmarum fiat conuentio ex qua plures littere ſcribantur quarum vna maneat penes epiſcopum vel penes archidiaconos ·

XVIII. De cohabitatione Clericorum et mulierum ·

Licet ad profugandum a laribus eccleſie putridum illud cupidinis libidinoſe contagium quo decor eccleſie turpiter maculatur ſtuduerint ſemper eccleſiaſtici Rectores ipſum tamen improbitatis tante exiſtit vt ſemper ſe ingerat impudenter · nolentes ergo tantam eccleſie ignominiam conniuentibus oculis preterire incorrectam ſtatuta Romanorum pontificum et maxime decretalis Alexandri Pape ſuper hoc edita exequendo ſtatuimus et ſtatuendo precipimus vt clerici et maxime in ſacris ordinibus conſtituti qui in ſuis domibus vel alienis detinent publice concubinas eas prorſus a ſe remoueant infra menſem alias de cetero nullatinus detenturi alioquin ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi · Ita quod vſque quo ſuper hoc ſatiffecerint de beneficijs eccleſiaſticis ſe nullatinus intromittant · alioquin ipſo iure ipſos eis decernimus eſſe priuatos · volumus quo-

que et diſtricte precipimus vt archidiaconi et decani ſuper hoc diligentem fieri faciant per omnes decanatus inquiſitionem et quod ſtatuimus obſeruari ·

XIX. De rebus eccleſie non alienandis ·

Satuimus etiam quod eccleſiarum parochialium rectores ſeu vicarij eaſdem eccleſias ſibi commiſſas nullatinus obligare valeant nec fructus earum ad vlteriora tempora vendere aut quibuſlibet modis alienare niſi quatenus ad eoſdem rectores pro ſe viuentibus aut ſuo annuali poterint pertinere ne per obligationes et alienationes huiuſmodi eccleſijs ipſis et earum patronis aut earum rectorum ſucceſſoribus dampnum aut iniuria generetur ·

XX. Item de eodem ·

Statuimus etiam quod nullus rector aut vicarius parochialis eccleſie decimas aliquas aut prouentus alios eccleſiaſticos perſonis coniunctis aut extraneis preſertim laicis etiam ad ſuum perpetuum quoad concedentes aut recipientes vixerint dare valeant vendere vel quomodolibet alienare · et ſi quid contra preſumptum fuerit irritum ſit et inane et quod ſic alienatum fuerit ad ius et proprietatem ſue eccleſie integraliter reuertetur ·

XXI. Item de eodem ·

Adicimus etiam quod nullus rector aut vicarius decimarum ſeu aliorum prouentuum eccleſiaſticorum per vnius anni ſpatium antequam eedem decime ſeu prouentus percipi debeant venditionem obligationem ſeu aliam alienationem anticipare preſumat · et ſi ſecus preſumptum fuerit hijdem contractus omni careant firmitate · quoniam per contractus huiuſmodi eccleſie leduntur rectores et vicarij depauperantur · ementes etiam plerumque ſuis precijs defraudantur · iura etiam ordinariorum quandoque deferuntur vel penitus eneruantur ·

XXII. Ne clerici vel monachi ſe negotijs immiſceant ·

Cum iure diuino et humano caueatur quod nemo militans Deo implicet ſe negocijs ſecularibus ſtatuimus quod nemo religioſus aut ſacerdotes vel clerici ſanctis eccleſijs aſtricti actores vel adminiſtratores ſecularium perſonarum in negocijs ſecularibus fiant vel adminiſtrationes ab eis rerum ſeu negotiorum ſecularium ſuſcipiant per quas ad ratiocinia teneantur ne et ipſi in ſcandalum eccleſie per ſecularem potentiam grauiter opprimantur et eccleſie ſibi commiſſe ex hoc enormiter ledantur · Quare ſi aliqui aduerſus hoc impoſterum venire preſumpſerint ab eccleſiaſtico miniſterio fiant alieni pro eo quod clericali officio neglecto fluctibus ſeculi vel poteſtatibus ſecularibus ſe iunxerint ·

XXIII. Item de eodem ·

Item ſalubri prouiſione decreuimus vt clerici beneficiati de cetero domos aut poſſeſſiones laicas ad opus concubinarum et filiorum ſuorum emere non preſumant nec etiam ad opus eorum domos conſtruant in feodo laicali ſet nec etiam pecuniam miniſtrent ad huiuſmodi emenda ad opus illorum vt ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi · ſi quis ſuper hoc habeatur iuſta ratione ſuſpectus niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgauerit ipſius arbitrio puniatur · preterea licet teſtamenta legittima clericorum beneficiatorum decendentium volumus obſeruari nolumus tamen quod concubinis aliquid in teſtamento relinquant · quod ſi de cetero factum fuerit totum illud in vſum eccleſie quam rexit defunctus epiſcopi arbitrio conuertatur ·

XXIIII. De Interdicto ·

Item ſtatuimus vt cum indultum ſit hoſpitalarijs ac alijs religioſis quibuſdam ab apoſtolica ſede vt in ipſorum iocundo aduentu ad loca

interdicta pro ſuis confratrijs ſeu elemoſinis colligendis ſemel in anno loca iſta debeant aperiri quod ad diuinorum celebrationem in locis huiuſmodi nominatim excommunicati nullatenus admittantur et ipſi precipue qui cauſam de teſtamentis dederunt interdicto · Prohibemus etiam quod huiuſmodi exempti funera nominatim excommunicatorum aut publicorum peccatorum et violatorum eccleſiarum et aliorum quibus viuis non communicauit eccleſia eccleſiaſtice ſepulture tradere non preſumant · ſi vero in aliquo contra premiſſa venire preſumpſerint priuilegiorum huiuſmodi fore decreuimus abuſores · ipſos quoque ad eccleſias illas nullatenus admittendos donec ſatiffactionem ydoneam preſtiterint de offenſa et quod a loco ſacro extrahantur corpora ſic ſepulta ·

XXV. De teſtamentis et vltimis voluntatibus ·

Statuimus vt cum de bonis in teſtamento alicuius cuicunque relictis ordinarijs locorum certa fuerit ratio facienda · quia Ciſtercienſes ac alij exempti ad huiuſmodi rationem reddendam nullatenus compelli poſſunt vt dicunt quod religioſi huiuſmodi executores nullo modo conſtituantur nec in aliquo bona defunctorum adminiſtrent quod ſi fuerint conſtituti pro non conſtitutis penitus habeantur ·

XXVI. De immunitate eccleſiarum ·

Statuimus quod fugientes ad eccleſiam defendantur ab eadem niſi fuerint notorij depopulatores agrorum aut publici et notorij predones viarum publicarum aut manifeſti violatores aut effractores eccleſiarum ſeu a canone vel ab homine excommunicati quibus caſibus adhuc ſunt tuendi donec dyoceſanus vel eius officialis pronunciauerit ſentencialiter eos ab eccleſia non eſſe defendendos ·

XXVII. Item de eodem ·

Adicientes quod nullus vicarius ſeu preſbyter ſeu clericus alius

aliquem cruce ſignatum ſeu clericum captum pro homicidio preda latrocinio maxime ſi ſuper hijs maleficijs fuerint defamati de manibus balliuorum laicorum requirat ſine iuſſu et conſcientia epiſcopi archidiaconi vel decani loci illius vbi fuerit requirendus · prohibemus etiam ne laicus fideiuſſor inueniatur apud balliuum laicum pro talium captorum liberatione · ſtatuentes quod detentores talium priuilegi[at]orum poſtquam canonice moniti fuerint et requiſiti fuerint ad liberationem eorundem per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ·

XXVIII. De eodem ·

Statuimus etiam clericos in quolibet ordine ab eccleſia eſſe defendendos donec exigente iuſticia propter immanitatem criminum a ſuſceptis ordinibus degradentur · et ne maleficia tranſeant impunita in maleficijs deprehenſi aut manifeſti conuicti arcte cuſtodie carceris dyoceſani quem quilibet epiſcopus habere tenetur tales clerici commendentur ac pane doloris et aqua tribulationis ibidem ſuſtententur ne fame vel ſiti in carcere ſuffocentur ·

XXIX. De ferijs ·

Statuimus etiam quod de cetero placita ſecularia in diebus dominicis ac in alijs feſtiuitatibus ſolempnibus minime teneantur neque in eccleſijs cimiterijs aut alijs locis Deo dedicatis talia placita et maxime cauſe ſanguinum aut criminales per quoſcunque iudices ſeculares locis aut temporibus predictis agitentur ·

XXX. Vt libertates eccleſie ſine diminutione conſeruentur ·

Statuimus etiam quod nulli permittatur violare aut diminuere libertates ſeu immunitates et conſuetudines rationabiles rerum aut perſonarum eccleſiaſticarum hactenus obſeruatas ac diuino iure vel humano ſalubriter et rationabiliter introductas ·

XXXI. De cruce ſignatis ab eccleſia defendendis ·

Statuimus autem auctoritate concilij Lateranenſis quod cruce ſignati rite ab eccleſia tuendi ſunt niſi propter ſuorum ſcelerum immanitatem ab eccleſiaſtica defenſione fuerint ſequeſtrandi · ſuper hoc iuſtum iudicium dyoceſani modis omnibus expectetur ·

XXXII. Quod nami non capiantur per laicos in terris eccleſiaſticis ·

Satuimus quod nullus vicecomes balliuus vel quicunque laicus namum capiat vel capi faciat in foro aliquo vel extra forum de rebus clerici vel etiam laici manentis in terris eccleſiarum vel etiam ad vendendum compellant ſub eſtimatione que *for le Raij* vulgariter dicitur · Quod ſi ſecus actum fuerit ſi capiens vel capi faciens ammonitus res taliter captas aut venditas infra terminum ſibi ſtatutum non reſtituerit et etiam de iniuria ſatiffacere contempſerit per excommunicationis ſiue interdicti ſententiam ſecundum quod videbitur expedire ſine more diſpendio coerceatur ·

XXXIII. Quod clericus non trahatur ad forum ſeculare ·

Statuimus etiam quod ſi eccleſiaſtica perſona contra aliam perſonam eccleſiaſticam moueat queſtionem perſonalem vel etiam realem ſuper rebus aut aliquibus bonis eccleſiaſticis eam coram iudice eccleſiaſtico proſequatur ſuper hijs aduerſarium ſuum nullatenus ad forum vetitum pertrahendo · quod ſi aliter ab aliquo preſumptum fuerit ſi canonice monitus non deſtiterit actor a iure quod ſibi competit cadat reus ſi conſenciat pro conuicto habeatur · et nichilominus ſi vlterius perſeuerent et penas predictas contempnant ſecundum ſacros canones et auctoritate concilij excommunicati publice denuncientur · ad hec cum inuaſores ac perturbatores immunitatum libertatum poſſeſſionum eccleſiaſticarum nec non perturbantes pacem per aliquas fraudes odia vel machinationes

per ſententiam latam a canone ipſo facto ſint excommunicati auctoritate eorundem canonum et concilij decreuimus eos debere excommunicatos publice denunciari ·

XXXIIII. De decimis et primicijs ·

Statuimus ſecundum diuine legis et humane precepta quod decime de omnibus que innouantur de quibus decime preſtari debent vt de blado feno lino de ortis de molendinis de piſcarijs de fetibus animalium lana lacte caſeis quocunque tempore fiant pullis ouis negociatione venatione ſilua cedua de fructibus arborum et alijs huiuſmodi integre perſoluantur hijs ad quos pertinere noſcuntur ·

XXXV. De decimis ortorum ·

Ad hec decernimus quod decime ortorum in ciuitatibus et burgis ad quamcunque culturam redigantur ad vicariam pertineant · decime vero ortorum in villis pro qua parte fuerint ad culturam ſegetis redacti ad perſonam pertineant et pro alia parte ad vicarium · linum vero vbicunque ſeminatur ad vicarium pertineat ·

XXXVI. De decimis vaccarum ·

Item de vaccis fetis ſtatuimus vt ſi de earum lacte non fiat caſeus vel butirum pro vacca tres denarij per annum et pro eius vitulo vnus denarius eodem anno pro decima exigatur ·

XXXVII. De decimis ouium ·

Item ſtatuimus de ouibus quod ſi oues vel cetera animalia in diuerſis parochijs extiterint per diuerſa tempora quelibet eccleſia pro rata temporis decimam percipiat dum tamen per menſem integrum ad minus in alicuius parochia ſteterint · minoris autem temporis nulla ratio habeatur fructus autem toto tempore quo

curantur non quo percipiuntur accipere debemus et hoc ipſum inter epiſcopatus obſeruetur ·

XXXVIII. De eodem ·

Item ſtatuimus ſi parochianus alicuius eccleſie per menſem vel vltra propter herbam cum ſuis auerijs in alia parochia commoretur id quod ſupra dictum eſt de ouibus obſeruetur ·

XXXIX. De eodem ·

Item ſtatuimus quod animalium que cubant in vna parochia et paſcunt in alia per totum annum decime diuidantur equaliter · ſi autem communiter paſcuntur in vtraque parochia et cubant tantum in vna illa in qua cubant tres partes recipiat et quarta pars remaneat eccleſie in cuius parochia paſcuntur ·

XL. De decima feni et molendinorum ·

Item ſtatuimus de decimis feni et molendinorum quod integre perſoluantur · quas ſi aliquis ſoluere noluerit poſt trinam ammonitionem excommunicetur ·

XLI. De mercenarijs ·

Item ſtatuimus quod ſufficiat a mercenarijs qui opera ſua locant pro dimidia marca vel infra exigere tres oblationes per annum pro decima mercedis quam recipiunt ·

XLII. De decima piſcationum ·

Item ſtatuimus de decimis piſcatorum quod nulla perſona vel vicarius ab alienis parochianis decimas piſcationum exigere preumat niſi quamdiu in ſua parochia domos conduxerint vel manſi-

unculas ad inhabitandum fecerint vel ex mutuo ſeu commodato habuerint niſi ſecus eccleſiarum aliqua legittima preſcriptione fuerit munita ·

XLIII. Caſus in quibus excommunicantur qui perturbant viros eccleſiaſticos ſeu eorum procuratores ne faciant commodum ſuum de decimis ſuis ·

Item ſtatuimus ne aduocati eccleſiarum ſeu quilibet laici impediant vel prohibeant aut aliquo modo compellant perſonas vel vicarios ſeu procuratores eorum quo minus de decimis ſuis ſeu dominorum ſuorum libere valeant diſponere vendere vel alienare quocunque modo voluerint nec etiam ſuis vel alienis hominibus prohibeant ne decimam emant ſeu etiam alias obuentiones · nec etiam clericis aliquod impedimentum preſtent quo minus ad opus proprium eas colligant et pro arbitrio ſuo de ijs diſponant · quod ſi quis contrafacere preſumpſerit vel quoquo modo in fraudem eccleſiaſtice libertatis et ſacrorum canonum machinatus fuerit auctoritate concilij generalis excommunicetur ·

XLIV. De furantibus decimas ·

Item ſtatuimus quod quicunque filij perditionis decimas furtiue ſubripuerint aut vi aut clam occupauerint aut decimas ſegetum ſectas in agris reliquerint aut per agros proiecerint et ad horrea ſecundum rationabiles et antiquas conſuetudines deferre contempſerint eccleſiaſtica cenſura ad ſatiſfaciendum Deo et eccleſie ac clericis leſis et damnificatis legittime compellantur ·

XLV. De eodem ·

Ad hec ſtatuimus quod iſte ſentencie in ſingulis eccleſijs ſingularum dyoceſum ad nos ſpectantium per tres dies ſollempnes ſingulis annis publicentur ·

XLVI. De conſpiratoribus ·

Excommunicamus etiam omnes conſpiratores contra proprios epiſcopos vel alienos regni et omnes conſpiratoribus conſencientes eo quod tales ſciſmatici ſunt et infames ·

XLVII. De obediencia clericorum ·

Quoniam melior eſt obediencia quam victime et contumacia ſeu inobediencia peccato ariolandi et ydolaterie comparatur · ſtatuimus quod omnes eccleſiaſtici viri ſuis dyoceſanis archidiaconis decanis in mandatis licitis et canonicis contumaciter et ſine manifeſta cauſa rationabili reſiſtentes ab officio ſuſpendantur et creſcente contumacia pene maiori ſubdantur ·

XLVIII. De queſtionarijs quod non niſi ſemel in anno admittantur ·

Quoniam quidam queſtionarij varijs illuſionibus animas ſimplicis populi ſeducunt ſtatuimus quod cum aliquis queſtionarius ad aliquam eccleſiam acceſſerit miniſtrans in eadem eccleſia eodem die negotium dicti queſtionarij parochianis ſuis reuerenter exponat ſecundum quod in literis domini Pape et dyoceſani continetur · ita quod dictarum literarum tenorem nullatenus excedat · ad alium diem autem infra annum illum eundem queſtionarium in eadem eccleſia pro eodem negocio nullo modo admittat · ad hoc ſtatuimus firmiter obſeruandum quod a principio quadrageſime vſque ad octauas Paſche negocium fabrice Glaſguenſis eccleſie omnibus diebus dominicis et fideliter et diligenter in ſingulis eccleſijs poſt euangelium miſſe parochialis exponatur et indulgentia eidem fabrice ſubuenientibus conceſſa quam in qualibet eccleſia ſcriptam eſſe precipimus aperte et diſtincte eiſdem parochianis vulgariter dicatur et elemoſine eorundem ac bona decedentium ab inteſtato ac etiam pie legata ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam

fideliter colligantur et decanis locorum in proximis capitulis ſine diminutione aſſignentur · et infra dictum terminum nullus queſtionem pro negocijs alijs in eccleſijs parochialibus admittat ·

XLIX. Quod excommunicati ſint ſubuertentes libertatem eccleſie ·

De prelatis et clericis ſtipendijs eccleſie militantibus qui contra canonicas ſanctiones et libertates eccleſiaſticas et conſuetudines eccleſie Scoticane hactenus obtentas conſilium et auxilium laicis impendunt et maxime de hijs qui literas dictant ſcribunt et conſignant ſeu ſtatuta condunt per que iura ſeu ſtatuta libertates eccleſie et conſuetudines huiuſmodi poſſunt ſubuerti et de alijs ſcilicet ſtatutarijs conſiliarijs et eorum fautoribus ſtatuendo decernimus quod quia omnes tales in canone late ſentencie incidunt pro excommunicatis denuncientur · Si quis vero beneficiatus impoſterum ſuper aliquo premiſſorum fuerit conuictus auctoritate iſtius ſtatuti nouerit ſe beneficio ſuo fore priuatum · ſi preditus dignitate vel prelatura aliqua huiuſmodi attemptare preſumpſerit omni dignitate careat et honore · ſi laicus ab eccleſia infeodatus feodo ſuo priuetur · ſi clericus huiuſmodi facere preſumat et poſtea ad eccleſiaſticum beneficium fuerit preſentatus nullatenus admittatur niſi coram dyoceſano ſuam ſuper hoc purgauerit innocentiam ·

L. Infraſcripti excommunicandi ſunt quater in anno ·

Item ſtatuimus quod in ſingulis eccleſijs tam militum quam aliorum quater in anno in proximis dominicis poſt obſeruationem Quatuor Temporum excommunicentur in genere ſortilegi venefici incendiarij eccleſiarum fractores falſarij vſurarij manifeſti et ſcienter impedientes teſtamenta legittime facta et etiam impedientes ordinarios quo minus de bonis ipſorum decedentium ab inteſtato ſecundum conſuetudinem eccleſie Scoticane rite valeant ordinare laici detinentes inuadentes fraudantes et auferentes poſſeſſiones aut alia quecunque iura eccleſiaſtica aut libertates et omnes illi

qui ſe in beneficio eccleſiaſtico intrudunt et teſtes ſcienter periuri per quos aliquis amittit hereditatem aut beneficium eccleſiaſticum ſeu terrenum raptores etiam publici et notorij et omnes ſcienter receptantes fures vel raptores vt furentur vel rapiant vel eos manutenent vel pro eis fideiubent cum ex dicta cauſa querelantur · Contra latronum et predonum flagicia quibus nimis habundat regio Scoticana quod nequaquam eſſet vt accepimus niſi maiores eos defenderent et manutenerent aut pro eiſdem ſcienter et prudenter fideiuberent · ſic duximus ſtatuendum vt nemo eos protegat manuteneat ſeu defendat vel in domibus teneat vel vllos quos ſciuerit vel manifeſtum fuerit latrocinium aut predam exercere · eos autem qui contrafecerint ſi tertio commoniti per eccleſiaſticum iudicem ipſos a ſe non abiecerint eccleſiaſtice excommunicationi ſubiugamus · monitionem autem volumus et ſtatuimus ſufficere generalem et ſi fiat alicuius nomine non expreſſo dum ita publice ac ſolempniter fiat quod ad eorum notitiam valeat peruenire · Item omnes qui in cauſa matrimoniali falſas exceptiones malicioſe opponunt vel opponi procurant vel qui in cauſa matrimoniali falſum perhibent teſtimonium ſcienter vel id fieri procurant vel teſtes ſubornant excommunicationis ſentencie ſe nouerint ſubiacere ·

LI. De eodem ·

Item excommunicamus illos qui pacem Regis aut regni perturbant et omnes illos qui odio vel lucri cauſa alijs crimina falſa imponunt pro quibus mors vel exilium vel membrorum mutilatio vel exheredatio ſeu bonorum ſpoliatio ſequi debeat ſi iudicialiter conuincantur ·

LII. De excommunicato per vnum epiſcopum denunciando per alios et de interdicto promulgando in terras excommunicati ſi per quadraginta dies in pertinacia perſeuerauerit et de pena prelatorum iſta non obſeruantium ·

Statuimus etiam quod quociens aliquis ex nobis epiſcopis in

aliquem nobis iure dyoceſano ſubditum ſentenciam excommunicationis ob aliquam cauſam rationabilem et legittimam promulgauerit et eandem alicui noſtrum demandauerit publicandam et demandandam quilibet noſtrum eam per ſuam dyoceſim faciat publicari et ipſum delinquentem denunciat excommunicatum et eundem per ſe ipſum tanquam excommunicatum euitet et quatenus in eo eſt ab alijs faciat euitari · et ſi talis excommunicatus in ſua pertinacia per quadraginta dies claues eccleſie contempnendo animo perſeuerauerit indurato et idem excommunicator ex tunc terras ipſius excommunicati in dyoceſi ſua ſitas et loca per que tranſierit et per triduum et amplius in eiſdem fecerit moram eccleſiaſtico ſuppoſuerit interdicto et idem interdictum alicui noſtrorum demandauerit publicandum · quilibet noſtrum terras eiuſdem excommunicati in dioceſi ſua ſitas ſupponat interdicto quouſque per eundem excommunicatorem dicte ſentencie fuerint relaxate · loca vero per que tranſierit et quamdiu ibi moram fecerit ſimiliter execleſiaſtico ſupponat interdicto · Vt tamen regie maieſtati debitus honor differatur ſi idem excommunicatus in comitatu domini Regis vel Regine conſortis ſue communis congregationis ipſius regni magnatum extiterit tunc dyoceſanus loci eijs per ſe vel per alium talem eſſe excommunicatum denunciet eoſdem canonice inducendo vt ipſum excommunicatum a ſua communione repellant et euitent et a ſuis faciant euitari · alioquin cum ſibi videantur fauere qui manifeſto facinori negligunt obuiare idem locus per dioceſanum eccleſiaſtico ſupponatur interdicto tamen Regis et Regine liberorumque ſuorum capellanis in ſua dignitate feliciter duraturis · et vt diuinus timor incutiatur fortius obſtinatis ad excommunicatorum inſolentiam reprimendum ſi neceſſe fuerit brachij ſecularis auxilium prout catholicorum regum temporibus fieri conſueuit et de iure debuit inuocetur · et ſi aliquis noſtrum aliqua leuitate ab eccleſiaſtica et diuina obſeruatione receſſerit vel in aliquo eam impedierit per ſacri conſilij deliberationem fratrum ſuorum atque prelatorum conſilijs careat aliorum ·

LIII. De pena inceſtus clericorum ·

Si quis ſacerdos cum filia ſua ſpirituali fornicatus fuerit ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe · id circo ſi femina laica ſit omnia derelinquat et res ſuas pauperibus tribuat et conuerſa in monaſterio Deo vſque ad mortem ſeruiat · non debet epiſcopus vel preſbyter commiſceri cum mulieribus que ijs confeſſe ſunt peccata · ſi forte quod abſit ſic contigerit ſic peniteat quomodo et de filia ſua ſpirituali · Epiſcopus annis quindecem preſbyter annis duodecem peniteat et deponatur tamen ſi in conſcientiam populi venerit ·

LIV. Quod abſolutio excommunicationis non ſit extorquenda per laicos ·

Cum laicis de rebus ſeu perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas diſponendi quibus obſequendi manet neceſſitas non autoritas imperandi ad extirpandum conſtitutionis vicium quod nuper inoleuit in ſubuerſionem eccleſiaſtice libertatis per quod gladius ſpiritualis et claues eccleſie gladio materiali ſubjiciantur duximus ſtatuendum quod nullus qui iuriſdictioni preeſt ſententiam excommunicationis interdicti ſeu ſuſpenſionis in ſubditos ſuos ex quacunque cauſa latam ad mandatum alicuius ſecularis poteſtatis de cetero preſumat relaxare · Si vero ſecularis poteſtas in pertinacia ſua perſeuerans ad relaxandum ſentencias per res eccleſie mobiles ſiue immobiles ſeu quouis alio modo compellat loci dyoceſanus auctoritate concilij et canonis puniat huiuſmodi delinquentem ·

LV. De baptiſmo ·

Quoniam baptiſmus prima tabula eſt poſt naufragium et magna eſt virtus et efficacia huius ſacramenti cum ab ipſo Deo inſtitutum ſit et eius ſanguine rubricatum precipimus vt hoc ſacramentum cele-

bretur cum honore et reuerentia et magna cautela maxime in diſtinctione verborum in quibus tota vis huius ſacramenti conſiſtit et ſalus puerorum · Forma autem baptizandi hec eſt · EGO BAPTIZO TE IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI AMEN · In Romano vero et etiam Anglico ydiomate ſub eadem forma doceant ſacerdotes frequenter et poſſe et debere ſe baptizare pueros in neceſſitate · Et pater et mater baptizent filium ſuum in neceſſitate cum alie deſint perſone et ſine preiudicio matrimonij · Fontes ſub ſera clauſa cuſtodiantur · Criſma ſimiliter et ſacrum oleum et euchariſtia ſub claue cuſtodiantur · Si vero hij ad quos ſpectat cuſtodia ea incaute reliquerint tribus menſibus ab officio ſuſpendantur et ſi per eorum incuriam aliquid nepharium inde contigerit grauiori ſubiaceant vltioni · Baptiſterium habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali lapideum vel ligneum competens quod decenter cooperiatur et reuerenter conſeruetur et in alios vſus non conuertatur · Aqua in qua baptizatus fuerit puer vltra ſeptem dies in baptizaterio non ſeruetur · Si vero puer a laico domi baptizatus fuerit aqua propter reuerentiam baptiſmi vel in ignem fundatur vel ad eccleſiam deferatur in baptiſterium fundenda · Item vas illud in quo baptizatus fuerit vel in igne comburatur vel ad vſus eccleſie deputetur · Cum autem laicus in neceſſitate baptizauerit puerum ſacerdos poſtea diligenter inquirat ab eo quid dixerit aut quid fecerit et ſi inueniat laicum diſcrete etiam in forma eccleſie baptizaſſe in quocunque ydiomate approbet factum · ſin autem ipſe ſacerdos baptizat puerum ſic dicendo · N. NON TE BAPTIZO SET SI NON ES BAPTIZATUS BAPTIZO TE IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI AMEN · Sub iſta forma pueri de quibus dubium eſt an ſint baptizati baptizentur · Cum vero a laico baptizatus fuerit infans poſtmodum allato puero ad fores eccleſie ſuppleatur a ſacerdote quod deeſt ſcilicet papulum ſalis et aurium et narium linicio cum ſaliua · Exorciſmi etiam dicantur et ad fontes omnia fiant puero que fieri ſolent ſine immerſione et aque benedictione · quando autem baptizatus fuerit puer de quo dubium eſt an baptizatus fuerit omnia fiant a ſacerdote dum tamen ante immerſionem dicantur verba ſupradicta

non te baptizo · ad leuandum vero puerum de fonte tres ad plus admittantur perſone in baptiſmo · marem duo mares et vna femina ſuſcipiant femina vero duabus feminis et vno mare ſuſcipiatur · plures tanquam teſtes non tanquam patrini ſi haberi potuerint habeantur propter varias cauſas · panni autem criſmales non niſi in vſus ornamentorum eccleſie conuertantur nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati alijs ad baptizandum prece vel precio tradantur · ſimiliter alia ornamenta eccleſie que pontificalem acceperunt benedictionem nullo modo in prophanos vſus conuertantur · femine moneantur vt pueros ſuos caute alant et iuxta ſe de nocte non collocent ne opprimentur · ſolos in domibus vbi ignis fuerit vel ſolos iuxta aquam non relinquant · et hoc omnibus diebus dominicis dicatur ·

LVI. De ſacramento confirmationis ·

Quum ſacramenta confirmationis ad robur dantur pueris ſacerdotes cum audierint aduentum epiſcopi moneant populum vt deferant pueros ad epiſcopum confirmandos · adultus autem ſi tempus habuerit confitendi prius confiteatur quam confirmetur · hoc etiam laicis intimetur quod contrahitur in hoc ſacramento ſicut in ſacramento baptiſmatis proximitas ſpiritualis inter illos qui ſuſcipiunt pueros et illos quorum ſunt pueri et etiam illorum pueros · mas vero marem coram epiſcopo teneat et femina feminam ·

LVII. De ſacramento penitentie ·

Quum remiſſionem peccatorum per veram confeſſionem conſequimur precipimus vt ſacerdotes in danda penitencia diligenter attendant qualitatem perſone et quantitatem delicti locum tempus cauſam et moram in peccato factam et alias peccati circumſtancias ſimiliter deuotionem penitentis et ſigna contritionis attendant · In audiendo confeſſionem ſacerdos habeat vultum humilem et oculos ad terram demiſſos nec ſepius indiſcrete faciem reſpiciat confi-

tentis et maxime mulieris · et pacienter audiat quicquid dixerit et in ſpiritu lenitatis eum ſupportet et ei pro poſſe perſuadeat plurimis modis quod integre et de omnibus peccatis peniteat et confiteatur aliter vero confeſſio non eſt vera · Preterea inquirat vſitata ſingillatim invſitata autem non niſi a longe per circumſtancias vt ſic expertis detur materia confitendi et inexpertis nulla detur occaſio delinquendi · perſonarum nomina cum quibus peccauerit non inquirat ſet per confeſſionem poteſt inquirere vtrum laicus vel clericus ſacerdos vel diaconus vel monachus fuerit · moneantur autem laici in principio QUADRAGESIME confiteri et cito poſt lapſus · Precipiant etiam parochianis ſuis vt poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint omnia peccata ſua ſemel in anno confiteantur proprio ſacerdoti vel alteri ad eius licentiam et reuerenter adminus in paſcha Euchariſtie ſacramentum percipiant niſi forte de conſilio proprij ſacerdotis ob aliquam rationalem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerint abſtinendum alioquin et viui ab ingreſſu eccleſie arceantur et mortui chriſtiana ſepultura careant · caueat autem ſacerdos omnino ne verbo aut ſigno aut aliquo modo peccatorem prodat et ſi prudentiori conſilio indiguerit illud abſque expreſſione perſone vlla caute inquirat · In dubijs vero ſemper conſultet epiſcopum aut diſcretos viros quorum conſilio certificatus ſecurus valeat ſoluere vel ligare ·

LVIII. De ſacramento Ewkariſtie ·

Excellentiſſimum Dominici corporis et ſanguinis ſacramentum cum reuerentia deuotione et honore tractetur et propter hoc diſtricte precipimus quod ſacerdotes circa ea que ad ſubſtantiam ſacramenti corporis et ſanguinis Domini ſint diligentes prouiſuri quod Euchariſtia in munda pixide conſeruetur nec vltra ſeptem dies conſeruentur hoſtie conſecrate ſet qualibet die dominica innouentur ita quod poſt receptionem hoſtie recenter conſecrate ante ſumpſionem ſanguinis Dominici reſeruate hoſtie a celebrante miſſam ſumantur vel aliquo bone conſcientie · habeaturque certi-

tudo circa hoſtiam conſecratam vt non ſumatur non conſecrata pro conſecrata nec conſecrata iterum conſecretur · ſacerdos autem miniſtraturus diligenter conſideret vt hoſtia de puro frumento ſit et integra et integrum habeat circulum et quod maior pars vini et modica aque que a vino obſorberi poſſit ponantur in calice · caueat ne vinum ſit acetum vel corruptum · Item precipimus vt ſacerdotes habeant canonem correctum et verba canonis in miſſa rotunde dicantur et diſtincte · omnes hore et omnia officia aperte et diſtincte dicantur ita quod de feſtinatione nimia verba non precidantur nec cincopentur ·

LIX. De celebratione miſſarum ·

Item in celebratione miſſe hoſtiam conſecratam pacem daturus ſacerdos ori ſuo non apponat quia ante perceptionem eam ore tangere non debet · Si vero de patena ſicut quidam faciunt eam ſumat poſt celebrationem miſſe tam patenam quam calicem faciat aqua perfundi vel ſolum calicem ſi eam de patena non ſumat habeatque ſacerdos iuxta altare pannum mundiſſimum alio panno circumdatum vndique honeſte ac decenter coopertum in quo poſt ſumptionem ſacramenti ſalutaris digitos cum labijs tergat ablutos · Habeatque ſacramentum ſuper ſe honeſtum operculum · hoſtiam vero non eleuent antequam iſta verba predicantur HOC EST CORPUS MEUM · Item ſi ſacerdos neceſſe habuerit bis in die celebrare caſu quod niſi in die Natiuitatis vel Reſurrexionis dominice vel quando aliquod corpus preſens eſt in eccleſia tumulandum vel aliqua euidens vrgens neceſſitas fieri prohibemus poſt primam celebrationem et corporis et ſanguinis ſumptionem nihil in calicem fundatur quod a celebrante ſumatur ſed tantum poſt celebrationem ſubſequentem · Poſt vero celebrationem diligenter obſorbeantur ſtille de calice et quod fuerit ſuperfluum in calice digitis ſumatur ab aliquo bone conſcientie vel reſeruetur in vaſe mundo ad [id] ſpecialiter deputato et poſt celebrationem ſecunde miſſe ſumatur a ſacerdote ·

LX. De cuſtodia Euukariſtie et viſitatione infirmorum ·

Hijs addimus etiam quod cum Eukariſtia ad egrotum fuerit deferenda habeat ſacerdos pixidem mundam in qua ſit burſa mundiſſima et in ea deferat corpus dominicum ad egrotum lintheo mundo ſuperpoſito lucerna precedente et tintinnabulo ad cuius ſonitum excitetur deuotio fidelium niſi eger fuerit valde remotus · habeatque ſacerdos ſtolam quamdam quando vadit ad egrotum et ſi egrotus remotus non fuerit in ſuperpellicio decenter ad ipſum accedat ſi aeris temperies patiatur habeatque vas argenteum vel ſtanneum ad hoc ſpecialiter deputatum quod deferat ſecum ad egrotum vt in eo valeat dare egroto poſt ſumptam Euchariſtiam ſuorum [loturam] digitorum · deferat autem ſacerdos corpus Dominicum ante pectus ſuum reuerenter ·

LXI. De extrema vnctione ·

Moneant diligenter ſacerdotes infirmos parochianos ſuos a quatuordecim annis et ſupra ad extremam vnctionem et omnibus petentibus et penitentibus gratis et libenter exhibeant hoc ſacramentum · Item denuncient eis quod hoc ſacramentum poteſt iterari ſcilicet in qualibet infirmitate de qua timetur metus mortis et quod poſt hoc ſacramentum licet conuerti ad opus coniugale et ad alia vt prius licita · Oleum autem infirmorum cum reuerentia deferatur ad infirmos et eos cum honore ſacerdos vngat et orationum celebritate que ad hoc ſunt ordinate et nihil inde nec pro alijs ſacramentis exigatur ·

LXII. De vita et honeſtate clericorum ·

Vt clericorum actus et mores in melius reformentur continenter et caſte viuere ſtudeant vniuerſi preſertim in ſacris ordinibus conſtituti ab omni libidinis vicio precauentes et crapulis et ebrietate

omnes clerici diligenter ſe abſtineant · commercia ſecularia non exerceant maxime inhoneſta · tabernas euitent prorſus niſi cauſa neceſſitatis forte in itinere conſtituti · coronam et tonſuram habeant competentem · ſacerdotes deferant cappas clauſas niſi iuſticia timoris exigerit habitum mutare [vel] tranſformare · ceteri vero clerici in habitu in geſtu et in omnibus honeſte ſe habeant · ab illis ſe perſonis penitus abſtineant que in generali concilio continentur · ſacerdotibus vero precipue et perſonis ſub periculo officij et beneficij diſtricte precipimus vt continenter et honeſte viuant · concubinas ſuas procul expellant et nullam familiaritatem cum eis de cetero habeant nec in domibus proprijs nec alienis niſi velint officijs et beneficijs contra hoc agendo priuari · aduocatis vero ſi ſint clerici infra ſacros [ordines] vel ſacerdotes in foro ſeculari niſi proprias cauſas perſequantur vel miſerabilium perſonarum precipimus vt [non ſe immiſceant ſed] officijs eccleſiaſticis diuinis et alijs bonis ſtudijs ſe exerceant diligenter · diuinum vero officium nocturnum pariter et diurnum quantum Deus dederit ſtudioſe et deuote celebrent · ad hec precipimus vt quelibet eccleſia habeat calicem argenteum cum vaſis decentibus et honeſtis ſindonem mundam et candidam amplitudinis congruentis lintheamina et omnia alia ornamenta que ad altaris ſpectant officium habeant competentia et libros ad pſallendum ydoneos et legendum et ſacerdotalia indumenta ſufficientia pariter et honeſta · et quia nimis abſurdum eſt in ſacris ſordes negligere que dedecerent in prophanis diſtricte precipimus quod vaſa miniſterij et veſtimenta miniſtrorum et pallia altaris nec non et ipſa corporalia nitida et munda cuſtodiantur ne propter quorundam incuriam vel veſtimentorum turpitudinem vel ſorditatem quibuſdam ſint horrori · Cereus quoque paſcalis quolibet anno de noua cera fiat et de cera qua factus fuerit poſt Pentecoſten ad eccleſie vſus conuertatur nec inde amoueatur ·

LXIII. Que relinquenda ſunt ſucceſſori ·

Ad hec ſacre ſynodi approbatione ſtatuimus quod ſi rector alicuius

eccleſie deceſſerit et eccleſia ſua relicta fuerit ſine indumentis ſacerdotalibus competentibus vel ſine libris vel ſine vtriſque vel ſi forte domos eccleſie reliquerit dirutas vel ruinoſas de bonis eius eccleſiaſticis tanta portio educatur que ſufficiat ad reparandum hec et defectus eccleſie ſupplendum · vtenſilia quoque domus ſucceſſori ſuo relinquat ·

LXIIII. Quod noui cenſus non imponantur eccleſie ·

Sicut in generali concilio eſt ſtatutum firmiter prohibemus ne noui cenſus imponantur eccleſijs nec veteres augeantur quodcunque contra hoc actum eſt ſicut in eodem concilio cautum eſt irritum habeatur · nouerint etiam preſentati quod de cetero iurabunt quod nec promiſſio nec pactio aliqua interſit inter ipſos et preſentatores propter beneficium habendum et maxime de augenda penſione ·

LXV. De matrimonio ·

Quum matrimonium ab ipſo Deo in paradiſo noſcitur inſtitutum et quoad originem primum eſt inter alia ſacramenta vt liberius et canonice de cetero contrahatur precipimus vt nulli detur fides de matrimonio contrahendo niſi coram ſacerdote et tribus vel quatuor viris fidedignis ad hoc ſpecialiter conuocatis · Nullus ſacerdos preſumat aliquas perſonas matrimonialiter coniungere niſi prius terna denunciatione in eccleſia publice et ſolempniter premiſſa ſecundum formam concilij generalis ita quod quì voluerit et valuerit legitimum impedimentum opponat · Inhibeant etiam ſacerdotes ſub pena excommunicationis ne quis celet impedimenta matrimonij malicioſe et ne quis malicioſe matrimonium impediat · Ipſe etiam preſbyter nichilominus inueſtiget vtrum aliquod impedimentum obſiſtat cumque apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam contractus interdicatur expreſſe donec quid fieri debeat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis · Clan-

deſtina quoque matrimonia fieri prohibemus inhibentes ne quis ſacerdos talibus intereſſe preſumat et qui contra hoc fecerit canonice puniatur · Denuncient etiam preſbytri parochianis ſuis quod matrimonium prohibitum eſt infra quartum gradum conſanguinitatis vel affinitatis · vltra quartum gradum legitime contrahitur · Inter compatres et commatres et inter filium et filiam et inter ſuſceptum et ſuſceptam et filiam ſuſcipientis matrimonium interdicimus · Statuimus etiam vt capellani parochianos ſuos publice fornicarios ſtatim compellant cum fornicarijs ſuis contrahere aut eas ſimpliciter abiurare nulla conditione adiecta ·

LXVI. Tuendi ſunt fugientes ad eccleſiam ·

Firmiter prohibemus ne quis fugientes ad eccleſiam quos eccleſia debet tueri inde violenter abſtrahat aut ipſos circa eccleſiam obſideat vel eiſdem ſubtrahat victualia ·

LXVII. Quod honeſte ſeruenter eccleſie ·

Prohibemus etiam ne choree vel turpes et inhoneſti ludi qui ad laſciuiam inuitant in eccleſijs vel cimiterijs fiant nec cauſe ſeculares maxime in quibus agitur de iudicio ſanguinis in eiſdem tractentur · Statuimus etiam vt cimiteria per circuitum honeſte claudantur ne immundis et brutis animalibus pateat ingreſſus · eccleſie quoque integre et honeſte ſine ruina cuſtodiantur ·

LXVIII. Excommunicandi ſunt quater in anno ·

Excommunicentur quater in anno per totam dyoceſim ſorciarij et incendiarij manifeſti vſurarij · malefici · raptores publici · malicioſe impedientes teſtamenta legittime facta · ſcienter periuri per quos aliquis amittit hereditatem beneficium eccleſiaſticum vel terrenum ·

LXIX. Dande ſunt decime de omnibus que renouantur ·

Item decime reddantur de omnibus que renouantur per annum videlicet de agricultura negociationibus feno lino lana et lacte et de prouentibus molendinorum et de omnibus alijs honeſtis fructibus ſecundum conſuetudines approbatas hactenus et obtentas ·

LXX. Quot collecte dicende ſunt in miſſis ·

Sacre Synodi approbatione ſalubriter duximus ſtatuendum vt per dyoceſim noſtram in celebratione miſſarum preter quam in feſtis duplicibus dicantur quinque collecte vna de pace eccleſie ſcilicet ECCLESIE TUE QUAS DOMINE PRECES etc. alia pro domino noſtro Rege et Regina et eorum filijs ſcilicet DEUS IN CUIUS MANU CORDA SUNT REGUM ·

LXXI. De viſitatione infirmorum ·

Item cum preſbyterum ad infirmum vocari contigerit ſi audita eius confeſſione forte teſtari voluerit ipſum diligenter moneat et inducat vt ſecundum facultates ſuas reſpiciat fabricam eccleſie cathedralis cum ab ipſa parochiales eccleſie documenta ſalutis accipiant · fiant in huius exſecutione ſtatuti per ſuperiorem prout expedire viderit ·

LXXII. Monitionem faciendo leproſis ·

Item de hijs qui lepre morbum incurrunt et de conſuetudine generali a communione hominum ſeparantur ſtatuimus vt cum tales ad loca ſe tranſferunt ſolitaria moneantur efficaciter a preſbyteris in eorum receſſu vt parochialem eccleſiam reſpiciant ſecundum ſuarum exigenciam facultatum ad quod ſi induci nequiuerint nulla eis coactio inferatur cum afflictis non debeat addi afflixio ſet ipſorum miſerijs ſit pocius miſerendum ·

LXXIII. Quod periuri in matrimoniali cauſa mittendi ſunt ad epiſcopum ·

Item ſtatutum a predeceſſore noſtro editum innouando firmiter prohibemus ne preſbyter parochialis aliquem in cauſis matrimonialibus aut alijs ſpontanee peierantem ad confeſſionem ſuſcipiat ſet omnes tales ad noſtram preſenciam veniant a nobis penetentiam recepturi ·

LXXIIII. De exequijs mortuorum ·

Item ad funera et exſequias mortuorum laicorum cantus vel choreas fieri prohibemus cum non deceat de aliorum fletu ridere ſet ibidem pocius de huiuſmodi ſit dolere ·

LXXV. Quod luc̃te et ludi non fiant in eccleſijs nec in cimiterijs ·

Huic etiam prohibitioni duximus admittendum vt in aliquibus feſtiuitatibus infra eccleſias vel cimiteria luc̃te vel ludi de cetero fieri non permittantur et qui ter monitus a ſacerdote loci ab huiuſmodi ceſſare noluerit ingreſſus eccleſie interdicatur eidem · Qui ſuſpenſus a ſua inſolencia non deſtiterit excommunicationis ſentencie innodetur ·

LXXVI. Quod ſacramentum euchariſtie ſine oblatione celebretur ·

Item audiuimus a quibuſdam cum in die Paſche fideles Chriſti ſuſcipere debent euchariſtie ſacramentum quidam preſbyteri quod dolentes referimus illud preſtare denegant impudenter niſi prius oblationes ſuas tunc porrigant ad altare et eodem die exac̃tiones faciunt a laicis corpus Chriſti tenentes in manibus ac ſi dicerent · Quid mihi vultis dare et ego eum vobis tradam · Quod amodo fieri prohibemus ſub obteſtatione diuini iudicij diſtric̃tius · permit-

tentes vt preſbyteri parochianos ſuos tempore congruo ad ſolutionem decimarum et iurium aliorum per cenſuram eccleſiaſticam prima ratione compellant ·

LXXVII. Excommunicandi ſunt qui prohibent ſuos ne emant decimas ·

Item quorundam relatu nobis innotuit quod quidam domini feodorum homines ſub ſe manentes a Rectoribus eccleſiarum decimas emere non permittant cum eas oporteat vendere vel ponere ad firmam et in locis ſilueſtribus remotis colligi nequeant ab eiſdem hoc de cetero modis omnibus fieri prohibemus decernentes vt qui talia commiſerint ſi commoniti non deſtiterint a ſuis preſbyteris excommunicationis ſentencia percellantur ·

LXXVIII. De locato et conducto ·

Item firmiter prohibemus ne de cetero ad firmam eccleſie conferantur niſi de conſciencia epiſcopi et archidiaconi fiat conuencio ex qua plurime litere conſcribantur quarum vna remaneat penes ipſos · Item firmarius eccleſie eam alij non tradat ad firmam cum negociatio quedam videatur ſub optentu ſecularis commodi et negociatio clericis ſit penitus interdicta ·

LXXIX. Quod rectores ordinentur et ſeruiant eccleſijs ·

Item irrefragabili conſtitutione ſancimus vt rectores eccleſiarum ad primos ordines veniant ordinandi ita quod quam cito fieri poterit commode ordinentur · Qui parochialem habet eccleſiam amodo per ſeipſum illi deſeruiat in ordine quem ipſius eccleſie cura requirit niſi prius in eadem vicarium habuerit canonice inſtitutum · Qui vero ex diſpenſatione plures eccleſias habuerit parochiales vni earum deſeruiat ydoneis et perpetuis vicarijs in alijs conſtitutis · Et qui nec vicarium habuerit nec reſidere voluerit illa ſe ſciat

Lateranenſis concilij auctoritate priuatum libere alij conferenda qui quod dictum eſt velit et valeat adimplere ·

LXXX. Quod laici non teneant placita in eccleſia ·

Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus ne laici teneant placita ſua ſecularia in eccleſijs vel cimiterijs et ne laici ſecus altare quando ſacra miſteria celebrantur ſtare vel ſedere inter clericos preſumant · excepto domino Rege et maioribus regni quibus propter ſuam excellentiam in hac parte duximus deferendum ·

LXXXI. Quod focarie et concubine ſacerdotum vel clericorum beneficiatorum non admittantur in eccleſiam ·

Item prohibemus ſub interminatione anathematis ne focarie concubine ſacerdotum vel clericorum beneficiatorum vel infra ſacros ordines poſitorum admittantur in eccleſijs ad aquam benedictam vel pacis oſculum vel ad aliquam communionem fidelium nec alique fornicarie ab aliquibus in domibus vel in terris ſcienter et prudenter receptentur ·

LXXXII. Quod matrimonia ſine bannis non contrahantur ·

Item prohibemus ne qui matrimonium contrahant ſine terna denunciatione ſolempniter facta in eccleſia vbi degunt ſi in eadem parochia manent ſi in diuerſis in vtraque denuncientur ſponſalia · et ne contrahantur ſine fidelibus teſtibus et legittimis · ſ Item prohibemus ne matres aut nutrices teneros infantes in cubilibus ſecum collocare preſumant propter frequentiam emergentium periculorum ·

LXXXIII. De potibus dandis egrotis ·

Item prohibemus ne aliquis medicine ignarus ſub pallio medicine

potationes herbarum mortiferarum alicui conferat egrotanti nec aliquid ſortilegium faciat vel exerceat ·

LXXXIII. De capellanis conducendis ·

Item prohibemus ne quis recipiatur capellanus ad curam parochie ibidem moram facturus ad minus quam per vnius anni ſpatium nec inde ſine rationabili cauſa archidiacono expoſita recedat · Diſcedentem vero abſque literis archidiaconi nullus audeat recipere aut tenere ·

Explicit ·

Forma excommunicationis ·

Ex auctoritate Dei patris omnipotentis et Filij et Spiritus ſancti nec non et ſancte Dei genetricis Marie et ſancti Michaelis archangeli et omnium angelorum et archangelorum et ſancti Joannis Baptiſte et omnium patriarcharum et prophetarum et ſanctorum apoſtolorum et ewangeliſtarum innocentium martirum confeſſorum atque virginum et omnium celeſtium virtutum et ſanctorum canonum et noſtri miniſterij excommunicamus dampnamus anatematizamus et a limitibus ſancte matris Dei eccleſie ſequeſtramus omnes conſpiratores contra proprios epiſcopos vel alienos regni ſeu alios prelatos et omnes conſpiratoribus conſentientes eo quod omnes tales ſciſmatici ſunt et infames Excommunicamus etiam omnes qui cauſa matrimoniali vel alia falſum perhibent teſtimonium ſcienter exceptiones malicioſe opponunt vel opponi procurant vel teſtes ſubornant vel id fieri procurant in cauſa matrimoniali · Excommunicamus omnes illos qui pacem Regis et regni perturbant et omnes

illos qui odij vel lucri cauſa alijs crimina imponunt per que ipſorum fama ledatur aut pro quibus mors vel exilium vel membrorum mutilacio vel exeredacio ſeu bonorum ſpoliacio ſequi debeat ſi iudicialiter conuincantur · excommunicamus omnes detentores decimarum ſuarum iniuſte et omnes illos qui decimas proprias ſeu alienas preter voluntatem dominorum decimarum ipſarum occupant et detinent violenter ſeu rectores eccleſiarum vel vicarios aut eorum procuratores quacunque calliditate impediunt vel perturbant quo minus de decimis ſuis ad ſuam libere diſponere valeant voluntatem · nec non et vſurarios manifeſtos raptores publicos impedientes teſtamenta legitime facta incendiarios libertatum eccleſiaſticarum et immunitatum in terris vel in aquis ſeu in nemoribus aut paſcuis aut quibuſcunque alijs rebus perturbatores et violatores aut eorum auctores conſilium auxilium et fauorem eis preſtantes · nec non ſorciarias et omnes eas fouentes et protegentes et in ſuis maleficijs manutenentes ac etiam cum eis in maleficijs ſuis communicantes · inuaſores et raptores bonorum eccleſiaſticorum ſeu in terris elemoſinatis nonnulla vi preter voluntatem dominorum capientes · exceptis domini Regis et Regine ac filij ſui ſeruitoribus pro eorundem neceſſarijs cum ea alibi inuenire non poterunt accipientibus dummodo iuſtum precium ſoluant pro eiſdem · Maledicti ſint omnes prenotati · maledicti ſint exterius et interius a planta pedis vſque ad verticem capitis cum Datan et Abiron quos terra viuos obſorbuit · fiant dies eorum pauci et dominationes eorum accipiant alij · filij eorum orphani · et ſicut hec lucerna in preſenti extinguitur ſic extinguantur lucerne eorum ante viuentem in ſecula ſeculorum · et demergantur in inferno anime eorum niſi reſipuerint et ad ſatiſfactionem et emendationem venerint · fiat · fiat · Amen ·

STATUTA ECCLESIE ABERDONENSIS.

Copia bulle vigore cuius condita ſunt ſtatuta ſequentia ·

Omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam viſuris vel audituris Petrus miſeratione diuina miniſter eccleſie Aberdonenſis ſalutem eternam in Domino · Nouerit vniuerſitas veſtra nos mandatum domini Innocencij pape quarti ſub hac forma recepiſſe · Innocencius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri epiſcopo Aberdonenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem · vt Aberdonenſis eccleſia in ſpiritualibus florere valeat et in temporalibus habundare ac perſone in ea exiſtentes de virtute creſcere in virtutem edendi in eadem eccleſia tam circa perſonas et canonicos quam alia etiam capituli eiuſdem eccleſie accedente conſenſu ſtatuta ſalubria et honeſta que redundent in vtilitatem eccleſie ſupradicte prout ſecundum Deum vtilitati dicte eccleſie videris expedire plenam tibi concedimus auctoritate preſentium facultatem contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo · Datum Lugduni xvij kal. Junij pontificatus noſtri anno ſexto · Nos igitur auctoritate huius mandati attendentes ordinationes et conſuetudines a venerabilibus patribus Edwardo · Gilberto · Radulpho · epiſcopis Aberdonenſibus predeceſſoribus noſtris ſuper prebendis eccleſie Aberdonenſis et ſtatu ipſius et miniſtrorum eius in diuerſa diſperſe inſtrumenta per indempnitatem et ſimilitudinem contentorum et quarumdam contrarietatum confuſionem inducentes vt cum inſpicienda fuiſſent difficultatem inueniendi quod querebatur faciebant de conſenſu et conſilio · R · tunc

C. Reg. Rubr.

decani eccleſie Aberdonenſis et eiuſdem loci capituli · vocatis legittime qui fuerant euocandi xiiij kal. Maij anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto in capitulo noſtro per ſe vel per certos procuratores comparentibus · ad honorem et reuerentiam ſancte et indiuidue Trinitatis et glorioſiſſime Dei genetricis virginis Marie et beati Machorij et ad diuini cultus ampliationem vt in memorata eccleſia beate virginis de Aberdon diuinum obſequium omnibus temporibus diuine maieſtati acceptabilius honeſtius decentius et regularius abſque defectu celebretur diligenti tractatu et prouida ſuper hijs prehabita deliberatione de conſenſu et auxilio eiuſdem decani et capituli in hunc modum ſtatuendo duximus ordinandum ·

De numero prebendarum premeue eccleſie cathedralis Aberdonenſis ·

Inprimis ſcilicet quod in predicta eccleſia · xiij · ad minus ſint canonie quibus · xiij · prebendas aſſignauimus quas proprijs vocabulis inferius duximus exprimendas ſcilicet quod Prima prebenda canonie Decanatus aſſignatur tota eccleſia de Kyrkton cum terris de Murcroft ad dictam eccleſiam tempore preſentis ordinationis et cum omnibus et ceteris fructibus et pertinencijs ſuis ad eandem ſpectantibus excepta decima ſalmonum de Palgoueny et omnibus decimis hoſpitalis ſancti Petri de Aberdon quas tempore iſtius ordinationis poſſedit in proprios vſus dicti hoſpitalis et ſororum ibidem viuentium conuertendis · Secunda prebenda canonie Precentorie aſſignatur eccleſia de Huchtirliff cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Tertia prebenda canonie Cancellarie aſſignatur decima piſcarie de Palgoueny cui conſiderata dicte prebende tenuitate aſſignatur totalis eccleſia de Braff cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Quarta prebenda canonie Theſaurarie aſſignatur tota eccleſia de Dauyot cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Quinta pre-

Decanus

Cantor

Cancellarius

Thesaurarius

Archidiaconus benda canonie Archidiaconatus affignatur eccleſia de Rane cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris ad eandem ſpectantibus · Sexta prebenda canonie affignatur eccleſia beati Nicholai de
Episcopus Aberden cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Septima prebenda canonie affignatur
Balheluy totalis eccleſia de Balheluy cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Octaua prebenda
Morthlach canonie affignatur totalis eccleſia de Morthlach cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · exceptis quibuſdam terris quas dominus Alexander Seneſcallus Scocie tenuit de nobis · Nona prebenda canonie affignatur eccleſia
Owyne de Owyn cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Decima prebenda canonie affig-
Innercrowdane natur totalis eccleſia de Innercrwdane cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus ·
Clatt Vndecima prebenda canonie affignatur eccleſia de Clat cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Duodecima prebenda canonie affignatur eccleſia de
Banchory Deuenyk Banchory Deuenyk cum omnibus fructibus obuentionibus et ceteris pertinencijs ad eandem ſpectantibus · Tertia decima prebenda
Deyre canonie affignantur viginti marce annue de eccleſia de Deere prout plenius continetur in quadam compoſitione inter Epiſcopum Decanum et capitulum de Aberden et Abbatem de Deere ſuper hoc confecta ·

Ordo manſionum clauſtri Aberdonenſis eccleſie ·

Preter hec autem communiter ſtatutum eſt et ab omnibus receptum et approbatum quod quilibet canonicus habeat toftum et croftum et honeſta edificia infra cepta clauſtri · Primo incipiendum eſt ab Epiſcopo vt ipſe habeat edificia ſua primo loco · Secundo loco poſt Epiſcopum Cancellarius propinquius Tertio loco Cantor · Quarto Decanus · Quinto Theſaurarius · Sexto prebenda de Balheluy · Septimo prebenda de Deere · Octauo prebenda de Innercrwdane · Nono

prebenda de Banchorydeuenyk · Decimo prebenda de Owyn · Vndecimo prebenda Archidiaconi · Duodecimo prebenda de Clat · Tertiodecimo prebenda de Murthlach · cum toftis et croftis ſicut in die preſentis ordinationis habuerunt et poſſederunt ·

De immunitate canonicorum ·

Statuentes vt omnes canonici immunes ſint in perpetuum a preſtatione decimarum ortorum virgultorum et croftorum in ciuitate de Aberdon · firmiter inhibentes ne in poſterum huiuſmodi decime ab aliquo de cetero exigantur ·

De diſpoſitione prebendarum et de electione decani ·

Ad hec autem ordinando ſtatuimus quod in eccleſia de Aberdon quilibet epiſcopus omnes perſonatus archidiaconatus et ceteras prebendas cum vacauerint libere abſque alicuius contradictione perſonis ydoneis caritatiue valeat conferre excepto ſolo decanatu ad quem cum vacauerit canonici omnes vel maior pars et ſanior virum ydoneum canonice eligant vel poſtulent · cuius electio ſeu poſtulacio ſi fuerit canonica et perſona ipſius electi fuerit ydonea que tante congruat dignitati et honori ab epiſcopo confirmetur admittetur et per ipſum vel aliquem canonicum de capitulo cui epiſcopus hoc decreuerit demandandum in choro inſtalletur et locus in capitulo aſſignetur preſtito prius ab eodem ſolempni iuramento fidelitatis ab ipſo de conſeruandis et defendendis conſuetudinibus iuribus et libertatibus eccleſie prenotate · Electio decani Iuramentum

De canonicis intrantibus recipiendis per decanum ·

Ceteri vero canonici perſonatus habentes et prebendas optenta conceſſione epiſcopi per ipſum decanum ad mandatum epiſcopi in choro inſtallentur et locus in capitulo aſſignetur prius cum textu ewangelij canonicis pſallentibus pſalmum ECCE QUAM BONUM ET

QUAM IOCUNDUM etc · decano dicente orationem ACTIONES NOSTRAS etc · Abſente vero decano is cui decanus commiſerit vices ſuas vel aliquis canonicus cui id decreuerit demandandum exequatur · quilibet autem canonicus tam in dignitate conſtitutus quam ſimplicem prebendam habens iuramentum fidelitatis et obediencie preſtabit eccleſie et epiſcopo et capitulo quod iura conſuetudines rationabiles et libertates et dignitates et immunitates predicte eccleſie prout eas didicerit obſeruabit et defendet ·

Iuramentum

De modo recipiendi quem in canonicum ·

ECCE QUAM BONUM ET QUAM IOCUNDUM HABITARE FRATRES IN VNUM · SICUT VNGUENTUM IN CAPITE QUOD DESCENDIT IN BARBAM · BARBAM AARON · QUOD DESCENDIT IN ORAM VESTIMENTI EIUS ET SICUT ROS HERMON QUI DESCENDIT IN MONTE SYON · QUUM ILLIC MANDAUIT DOMINUS BENEDICTIONEM ET VITAM VSQUE IN SECULUM · GLORIA PATRI SICUT ERAT · KYRIELEISON · CHRISTIELEISON · PATER NOSTER · ET NE NOS · SED LIBERA · SALUUM FAC SERUUM TUUM · DEUS MEUS SPERANTEM IN TE · ESTO EI DOMINE TURRIS FORTITUDINIS A FACIE INIMICI NICHIL PROFICIAT INIMICUS IN EO ET FILIUS INIQUITATIS NON APPONAT NOCERE EI · DOMINE EXAUDI · ET CLAMOR MEUS AD TE VENIAT ·

Oremus ·

PRETENDE DOMINE MISERICORDIA TUA FAMULO TUO N. DEXTERAM CELESTIS AUXILII VT DE TOTO CORDE PERQUIRAT ET QUE DIGNE POSTULAT ASSEQUATUR · ACTIONES NOSTRAS COMMUNES DOMINE ASPIRANDO PREUENI ET ADIUUANDO PROSEQUERE VT CUNCTA NOSTRA OPERACIO ET ORATIO A TE SEMPER INCIPIANT ET PER TE INCEPTA EFFICACITER FINIANTUR PER DOMINUM NOSTRUM ETC · DOMINUS CUSTODIAT INTROITUM TUUM ET EXITUM TUUM EX HOC NUNC ET VSQUE IN SECULUM AMEN ·

De iuriſdictione decani cum capitulo infra cepta clauſtri ·

Singuli autem canonici decano ſimplici verbo obedienciam promittant · hoc idem ad archidiaconum volumus extendi · adicientes quod Epiſcopus infra cepta clauſtri canonicorum in canonicos ſeu vicarios vel eorum mancipia ratione delictorum ibidem perpetratorum ſiue contractus ſiue rei nullam prorſus habeat iuriſdictionem ſed ad capitulum tantum et decanum cui ex debito officij ſui incumbit [ut] omnibus canonicis et vicarijs in animarum regimine ac morum reformatione premineat omnes huiuſmodi cauſe ſpectant et in capitulo tractentur et iudicio capituli terminentur · Exceſſus quoque canonicorum et vicariorum et clericorum et eorum mancipiorum iuxta quantitatem delicti et qualitatem perſonarum delinquentium ſecundum diſcretionem decani et capituli corrigantur et perſone delinquentium puniantur · Excessus canonicorum

De ſolucione iurium funeralium ·

Ad hec autem ſtatuendo diſcernimus quod a canonicis vicarijs et clericis nec non et eorum mancipijs infra clauſtrum decedentibus nichil ratione mortuarij ab aliquo exigatur · ſed tantum ſufficiant gratuite oblationes que in ſolempnitatibus miſſarum pro defunctis offerentur · Oblationes pro defunctis

De officio epiſcopi et decani in eius abſencia ·

Item nullus clericorum de primo gradu neque de ſecundo in choro admittitur niſi auctoritate decani et capituli · preterea omnibus maioribus duplicibus feſtis per annum abſente epiſcopo et in prima dominica Aduentus et in dominica Palmarum et in capite Ieiunij et in tribus diebus ante Paſcha et in vigilia Pentecoſtis et in anniuerſarijs epiſcoporum et decanorum eccleſie diuinum tenetur decanus exercere officium · minoribus vero feſtis duplicibus ceteri canonici dignitatibus prediti ſucceſſiue vel alij canonici ſacerdotes Admissio in choro Festa principalia Festa minora

Ministri altaris

in eccleſia reſidentes diuinum officium adimplebunt · Hoc autem ſciendum eſt quod in omnibus feſtis duplicibus totius anni ſi fieri poteſt debent canonici eſſe miniſtri altaris principalis et maxime quando epiſcopus celebrat · ad decanum vero pertinet abſente epiſcopo dicere CONFITEOR ad COMPLETORIUM et ad PRIMAM et dare benedictiones in lectionibus legendis tam in choro quam in capitulo · in abſencia vero epiſcopi et decani ſacerdos ebdomedarius illud officium exequatur · Honor autem et reuerencia debentur decano in hijs que ſubiunguntur · vt omnes tam maiores quam minores chori ex occidentali parte in ingreſſu et egreſſu ad ipſum in ſtallo ſuo exiſtentem inclinabunt · preterea decano chorum vel capitulum intranti vel tranſitum ibidem facienti clerici omnes tenentur aſſurgere · intrantes autem vel exeuntes ex orientali parte primo inclinabunt ſe ad principale altare et poſtmodum conuerſi ad decanum ſe inclinent ·

Confiteor et benedictio

Honor decano

De officio cantoris ·

Pueri in choro

Officium autem cantoris eſt in cantuum eleuatione et depreſſione regere · ad illum pertinet puerorum in choro inſtructio et diſciplina et eorundem in choro admiſſio et ordinacio · preterea in maioribus duplicibus feſtis tenetur perſonaliter intereſſe regimini chori ad miſſam cum ceteris rectoribus chori · preterea in omni duplici feſto vel alio quando chorus regitur de cantibus iniungendis et incipiendis per ſe rectores chori tenetur inſtruere · Item omnes cantus ab epiſcopo incipiendos ipſi epiſcopo in perſona propria tenetur iniungere ·

De officio cancellarij ·

Sigilli communis custodia

Officium cancellarij eſt circa librorum correctionem curam impendere lectiones aſcultare et terminare · ſigillum commune eccleſie principaliter cuſtodire · ita tamen quod illud in theſauraria ſub ſerrura duplici depoſitum recludetur quarum ſerrurarum claues penes decanum vna et penes theſaurarium alia reſidebunt · ipſum

ſigillum nunquam extra theſaurariam deferatur niſi cum opus fuerit pro literis capituli in preſencia fratrum ſignandis · Si vero decanus cancellarius vel theſaurarius a ciuitate debeat recedere clauem ſuam tradat alicui de canonicis vel decanus in exitu ſuo cancellario vel theſaurario ipſi et econuerſo facere debent in eorum receſſu · Officium autem cancellarij eſt literas et cartas capituli componere et literas in capitulo legendas legere lectores cantores et ceteros miniſtros in tabula notare et libros theologie in armariolo cuſtodire quos ſingulis annis in prima ſeptimana Quadrageſime coram decano et canonicis debet oſtendere et exhibere vt ſic appareat quod nullus fuerit perditus vel deterioratus · dignitas autem cancellarij eſt quod ipſe prouidebit de ydoneo magiſtro qui habeat regimen ſcolarum de Aberden qui ſciat pueros tam in grammatica quam in logica erudire ·

Tabule ordinacio

Custodia librorum

Regimen scolarum

De officio theſaurarij ·

Officium autem theſaurarij eſt ornamenta et reliquias et theſauros eccleſie cuſtodire et reficere luminaria · etiam prouidere ſcilicet quod in omnibus maioribus duplicibus feſtis totius anni ſint octo decentes cerei ardentes continue ad veſperas et ad matutinas et ad magnam miſſam circa altare preter cereos quos pueri deferent et quatuor ad ceteras horas diei ſex in duplicibus feſtis ſint decentes cerei ardentes · in feſtis nouem lectionum quatuor · in diebus feriatis duo ad minus · item candelas ad libros panem et vinum ſingulis altaribus miniſtrare · incenſum carbones ſtramen iunccum et nattas per totum anni circulum comparare · Ad iſta autem omnia tenetur theſaurarius ſumptibus decani eiuſdem eccleſie qui eſt rector dicte eccleſie donec aliter fuerit prouiſum ·

Luminaria in festis

Panis et vinum

De canonicorum reſidencia et aliarum dignitatum eccleſie ·

De reſidencia autem canonicorum ſtatutum eſt et ordinatum vt omnes canonici tam maiores quam minores teneantur in eccleſia

cathedrali reſidenciam facere perſonalem et quod tantum reſidentibus canonicis cotidiana ſiue ebdomadaria fiat communie pro tempore diſtribucio et quod decanus duplicem recipiat communiam maxime autem et ſpecialiter quod quatuor principales perſone in forma ſubſcripta ad reſidenciam teneantur · Decanus pro maiore parte anni tenetur continue reſidere vel interpollatim et hoc cum inſtallatus fuerit corporali firmabit iuramento · Precentor Cancellarius Theſaurarius tenentur reſidere per dimidium annum continue vel interpollatim tali videlicet adhibito moderamine quod tam canonici ſimplices quam in dignitate conſtituti excepto ſolo decano qui de licencia epiſcopi decani et capituli in ſeruicio ſteterint regis ſiue proprij epiſcopi aut in ſcolis commorantur nullatenus teneantur reſidere diſcernentes vt tam maiores quam minores canonici et maxime in dignitate conſtituti per decanum et capitulum ſecundum quod ſupra ſcriptum eſt prout magis viderint ad vtilitatem eccleſie expedire ad reſidenciam compellantur ·

Reſidencia decani

Aliarum dignitatum

Priuilegium ſeruitutis regis

De officio archidiaconi et eius reſidencia ·

Et quia ad officium archidiaconi ſpectat prouinciam pro corrigendis exceſſibus circumire ſtatuimus quod ad nullam teneatur reſidenciam perſonalem niſi illis diebus quibus ratione officij ſui in eccleſia cathedrali vna cum epiſcopo tenetur perſonaliter intereſſe vt puta in capite Ieiunij et in die Cene cum conficitur criſma oleum ſanctum et infirmorum ſeu alijs maioribus feſtis anni ·

De officio vicariorum chori ·

Vt autem omnibus imperpetuum temporibus in prenominata eccleſia cathedrali ad laudem Sancte Trinitatis et beate Virginis Marie et beati Machorij diuinum ſeruicium augeatur ſtatuimus quod ſeptem ſint ſacerdotes vicarij in dicta eccleſia miniſtrantes de quibus duos in qualibet ebdomada ebdomadarios ad miſſas cotidie cum cantu et nota dicendas conſtituimus qua finita eb-

Sacerdotes vicarii

domada duo alij in alia ebdomada ſubſtituantur et ſic deinceps de alijs · Primam miſſam mane de beata Virgine dicendam conſtituimus · ſecundam que dicitur maior miſſa ſiue DE DIE circa horam tertiam per vnum capellanum de duobus vel canonicum celebrari volumus et illa miſſa nullatenus ſine dyacono et ſubdyacono in veſtimentis ad eorum officium deputatis celebretur · nihilominus cum tempus poſtulauerit miſſa in capitulo celebretur · Quilibet vero ſacerdotum aliorum omni die niſi rationabili cauſa fuerit excuſatus miſſam pro defunctis celebrare tenebitur · Iſtos autem ſeptem ſacerdotes vicarios tenentur canonici ſubſcripti inuenire Epiſcopus Decanus Precentor Cancellarius Theſaurarius Archidiaconus et prebenda de Balheluy · prebenda vero de Ovyn et de Crwdan et de Murthlach diaconos vicarios tenentur inuenire · prebende vero de Banchory et de Deere et de Clat ſubdiaconos vicarios tenentur inuenire ·

Misse

Canonici sacerdotales

Canonici diaconales

De preſentatione vicariorum decano et capitulo et eorum admiſſione ·

Preter hec ſtatuendo decernimus quod omnes canonici tam maiores quam minores vicarios boni teſtimonij viros decano et capitulo preſentare tenentur et ſi preſentauerint aliquem qui prius non fuerit vicarius non abſolute admittetur ſed diligenter examinabitur an ſciat legere et cantare et licet vtrumque ſciat probabiliter non tamen admittetur de plano ſed ita vt ſit in probatione primo per annum vt interim diſcat pſalterium ymnarium et antiphonarium · et ſi elapſo anno in hijs profecerit ita vt illa ſciat probabiliter admittetur ſin autem repelletur · Quilibet autem vicarius cum admittitur iurabit fidelitatem eccleſie et capitulo et quod ſecreta capituli que ſibi fuerint oſtenſa non reuelabit ſimiliter et ceteri clerici qui chorum frequentant · et ſi vicarius deceſſerit vel receſſerit canonicus alium preſentabit infra quadraginta dies · et ſi hoc non fecerit ſoluet nichilominus ſtipendia vicario debita habita computatione pro rata totius anni que cedant in communam

Examinacio

Annus probationis

Iuramentum

Stallario vacante

ceterorum vicariorum · Item nullus vicarius ſe minuat nec a ciuitate recedat per vnam noctem moram foris facturus niſi licencia petita a decano et optenta ·

De habitu vicariorum ·

Cappe nigre

Item receptum eſt et probatum communiter de habitu quod omnes frequentantes chorum vti debent cappis nigris et ſuperpellicijs et maxime vicarij qui miniſtrant pro canonicis · Item autem canonici ſuis ſumptibus huiuſmodi habitum inueniant vt ipſo habitu nuſquam niſi in obſequijs diuinis et eccleſiaſticis ſiue de die ſiue de nocte vti preſumant · Sed cum eccleſiam egreſſi fuerint perfectis debitis miniſterijs eccleſiaſticis et ſe in hoſpicijs ſuis reciperint niſi ſine mora iterum pro miniſterijs eccleſie fuerint ad eccleſiam re-

Custodia habituum

uerſuri habitum ſupradictum exuantur · in loco mundo et honeſto reponant · hoc moderamine habitus cultui diuino dicatus ab illicitis vſibus et ſordidis immunis ſeruetur et mundus · qui contra hoc fecerit in capitulo ſecundum arbitrium decani et capituli puniatur ·

De clericis per decanum inueniendis ·

Kyrkton

Preterea ordinando duximus ſtatuendum quod decanus qui eſt rector eccleſie de Kyrkton habeat duos capellanos parochie deſeruientes vnum eccleſie de Kyrkton parochianis diuina miniſtrantem

Monycabok

extra chorum cum clerico et alium in capella de Monycabok cum clerico qui parochianis ibidem diuina miniſtrabit · Item duos

Sacriste clerici

ſacriſtas clericos ſuſtentabit in eccleſia cathedrali qui vna cum capellano parochie de Kyrkton chorum in decenti habitu frequentabunt candelas et cereos accendentes et de igne et de aqua in eccleſia prouidebunt · omnimoda iuriſdictione in parochia predicta epiſcopo reſeruata · ceteri vero canonici omnes maiores et minores eccleſijs ſuis per ydoneos capellanos et clericos tenentur deſeruire prebendalibus omnimoda iuriſdictione in omnibus eccleſijs ſuis epiſcopo et archidiacono reſeruata ·

De quatuor pueris ſuſtentandis de communia ·

Volumus etiam quod in omnibus maioribus feſtis duplicibus et alijs diebus ſint quatuor pueri chorum frequentantes iuxta diſcretionem cantoris qui bene ſciant cantare prouidendo quod duo cero-ferarij et alij duo thuribularij interſint matutinis et magne miſſe qui recipient ſtipendia de communia et ad continue veniendum compellantur per magiſtrum ſcolarum de Aberdon · Ceroferarij et thuribularij

De conſtitutione procuratorum ·

Item ſtatuimus quod vnuſquiſque canonicus abſens procuratorem habeat canonicum in hijs que ſpectant ad eum in capitulo et non alium · Quocienſcunque vocandus fuerit aliquis canonicus pro quibuſcunque negocijs eccleſiam cathedralem ſeu perſonas ipſius contingentibus ſufficiat ipſum citari in choro et in ſtallo ſuo et in prebenda ſua · ſi abſens fuerit ipſius procuratori ſufficiat denunciari ·

Si quis autem contra hanc noſtre ordinationis paginam ſeu conſtitutionis auſu temerario venire preſumpſerit ſentencia excommunicationis auctoritate pontificali ſe nouerit innodatum · In premiſſorum autem omnium teſtimonium et munimen appenſa ſunt huic ſcripto ſigilla venerabilis patris Petri epiſcopi Aberdonenſis et capituli vna cum ſubſcriptionibus canonicorum · Acta apud Aberdon · decimo quarto kalendas Maij anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto ·

Harum Constitucionum Finis ·

De ſuſtentatione luminarium et aliorum neceſſariorum eccleſie Abbirdonenſis et de declaratione officij theſaurarij et conſtitutionum reuerendi patris Petri epiſcopi Aberdonenſis anni predicti ·

Omnibus ſancte matris eccleſie filijs preſens ſcriptum viſuris vel audituris Ricardus miſeratione diuina eccleſie Abbirdonenſis mi-

niſter humilis ſalutem in domino · Nouerit vniuerſitas veſtra quod cum anno domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto in feſto ſancti Bartholomei pontificatus noſtri anno nono in capitulo noſtro Abbirdonenſi preſentibus decano precentore et quibuſdam canonicis alijs · quibuſdam per procuratores comparentibus ordinationem et ſtatuta eccleſie noſtre a predeceſſoribus noſtris edita inſpexiſſemus et diligenter examinaſſemus attendentes aliqua in predicta ordinatione fuiſſe obſcura que animos audientium ad dubitandum vbi fortaſſe non eſſet heſitandum poſſent excitare ac quedam alia minus plenarie fuiſſe prouiſa et ordinata in capitulo illo de officio theſaurarij · patet quod de ſumptibus ſolius decani quod eidem eſſet oneroſum plura debuerunt in dicta eccleſia per theſaurarium ſuſtentari · Nos omnem dubitationem reſecare volentes ac illa que minus plene fuerunt prouiſa et ordinata ſalubriter prouidendo adimplere irrefragabili conſtitutione declarando ſtatuimus et ordinamus de conſenſu decani et capituli ſupradicti quod eccleſia beate Marie et beati Machorij vna ſit eccleſia et cathedralis baptiſinalis et parochialis libera ab omni exactione temporali ita videlicet quod principale altare preſbiterium chorus capitulum et theſauraria campanile et campane ſpectent in omnibus et per omnia ad vſus diſpoſitionem et ordinationem decani et canonicorum communiter · qui de luminari honeſto et ſufficienti necnon et de ornamentis libris ceteriſque neceſſarijs omnibus prouidebunt · ad quorum ſuſtentationem aſſignamus de conſenſu decani et capituli omnes obuentiones oblationes gratuitas et legata gratuita ad predictam eccleſiam et altare principale vndecumque et per quemcunque prouenientia · Saluis predicto decano omnimodis obuentionibus et alijs oblationibus et legatis a parochianis ſuis tam de iure quam de conſuetudine ratione parochie debitis quibus extra chorum preſbiterium capitulum theſaurariam per capellanum ydoneum et clericum ad aliquod altare in eccleſia diuina officia miniſtrabit horis debitis abſque impedimento ſeruicij chori ad huiuſmodi deputandis · In cuius rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigillum noſtrum vna cum ſigillo capituli noſtri eſt appenſum · Datum et actum die et anno ſupradictis ·

TAXACIONES.

Taxacio omnium Episcopatuum regni Scotie ·

Summa Epiſcopatus Sanctı Andree
viij^{m}· libre ·xxiij· libre et ·iiij· ſolidi ·

Summa Epiſcopatus Glaſguenſis
iiij^{m}· libre ·iiij^{xx}· libre ·xij· ſolidi et ·ij· denarij ·

Summa Epiſcopatus Ergadienſis
cc· libre ·iiij^{xx}· libre ·xxvij· ſolidi ·viij· denarij ·

Summa Epiſcopatus Galwydienſis
ccc· libre ·lviij· libre ·xv· ſolidi ·

Summa Epiſcopatus Dunblanenſis
dc· libre ·vij· libre ·xiij· ſolidi ·iiij· denarij ·

Summa Epiſcopatus Dunkeldenſis
m·cc· libre ·vj· libre ·v· ſolidi ·viij· denarij ·

Summa Epiſcopatus Brechynenſis
iiij^{c} ·xlj· libre ·iij· ſolidi ·iiij· denarij ·

Summa Epiſcopatus Aberdonenſis
m·dc·x· libre ·xj· ſolidi ·iiij· denarij

Summa Epiſcopatus Morauienſis
m·iiij^{c}·xviij· libre ·xj· ſolidi ·

Summa Epiſcopatus Roſſenſis
ccc· libre ·lj· libre ·xix· ſolidi ·vij· denarij ·obolus ·

Summa Epiſcopatus Cathanenſis
cc.iiij^{xx}· libre · et ·vj· libre ·xiij· ſolidi ·x· denarij et ·obolus ·

Taxacio eccleſiarum et beneficiorum per epiſcopatum Aberdonenſem ·

Decanatus de Mar ·

Kyndrochet ·iij· marce cum dimidia ·
Creythi ·vij· marce ·
Kynmuck ·xij· marce ·
Obeyn et Tulynathtlayk
per rectorem ·xxvj· marce ·
per vicarium ·iiij· marce ·
Bras ·xxiiij· marce ·
Kyncardyn ·xxij· marce ·
[et terra eccleſiaſtica ·xx· libre ·]
Lumfanan ·xviij· marce ·
Cluny ·viij· marce ·
Migmarre ·vj· marce ·
Kynnerny ·vj· marce · de quibus vicarius reſpondebit pro ·ij· marcis cum dimidia ·
Tulich ·iiij· marce ·
Kege ·x· marce ·
Afford ·xviij· marce ·
Lochel ·x· marce · de quibus vicarius percipit ·iiij· marcas ·
Cuſcheny ·ix· marce ·
Forbes ·viij· marce ·
Kyndrummy ·vij· marce ·
Taruelayn et Migueth ·xx· marce·
Clouetli ·iij· marce cum dimidia ·
Dauachendor ·xij· marce ·
Morthelache ·xxx· marce ·
Dummeth ·iiij· marce ·
Kynbethok ·xviij· marce cum dimidia ·
Innernochty ·xij· marce ·
Codylſtane ·xij· marce ·
Logyruthuen ·xiiij· marce ·
Coul ·xiij· marce · de quibus vicarius reſpondebit pro ·iiij· marcis ·
Kierne ·iiij· marce ·
Fethyrner ·iij· marce et dimidia ·
Munymuſk ·xxx· marce ·

Summa hujus decanatus
·ccc· et ·lxxviij· marce ·

Decanatus de Buchania ·

Fouerne ·xliij· marce ·
Logy ·xviij· marce ·
Elon per vicarium ·xx· marce ·
per rectorem ·lvj· marce ·
Furuy ·vj· marce ·
Slanys ·xvij· marce · per terras eiuſdem ·ij· marce cum dimidia·
Crowdan ·xl· marce ·
Innerugy Petri
per rectorem ·xvij· marce ·
per vicarium ·xv· marce ·

Lungle per vicarium ·xv· marce · pro terris eiuſdem ·iiij· marce · per rectorem ·xxxvj· marce ·
Rathyn ·xxxiv· marce ·
Crechmond ·xx· marce ·
Lunme ·xv· marce ·
Fylorthe ·xxiiij· marce ·
Dere ·liiij· marce ·
Fyvyn per vicarium ·xx· marce · per rectorem ·lij· marce · pro terris eccleſie ·x· marce et dimidia ·
Methelak ·xl· marce ·
Tarvas per vicarium ·xxij· marce · per garbas et terras ·xliij· marce ·
Bothelny per vicarium ·v· marce · per rectorem ·xxviij· marce ·

Summa huius decanatus ·vj^{c}· et ·xlvij· marce ·

Decanatus de Buyn ·

Abredouyr ·xxviij· marce ·
Tyry ·vj· marce ·
Gamery ·xxx· marce ·
Banf ·xxxv· marce · de quibus abbas percipit ·xv· marcas · per garbas eiuſdem ·xl· marce ·
Forglen ·iij· marce ·
Alueth ·lvj· marce ·x· ſolidi ·
Kynedward ·xxx· marce ·
Turrech ·lx· marce ·
Mumbre ·ij· marce ·
Rothuen et Forſcan ·xxij· marce ·
Fordyſe Culan et Tulywhull ·lx· marce ·

Summa huius decanatus ·ccc·lxij· marce ·x· ſolidi

Decanatus de Garuiach ·

Fyntre per vicarium ·x· marce · per garbas ·xx· celdre farine · et ·ij· marce cum dimidia ·
Kynkell cum capellis ·iiij^{xx}· marce et ·x· marce ·
Bourty·xxxiiij· marce cum terris·
Innerowry per vicarium ·xvij· marce cum dimidia · per rectorem ·ix· marce et ·x· ſolidi et ·xxiiij· celdre farine ·
Dauiot ·xxiiij· marce ·
Ochtrelyſſ per rectorem ·xxvj· marce · per alteragium ·x· marce ·
Forge ·xxx· marce ·
Durnach per vicarium ·xx· marce· per rectorem ·xj· marce et ·xxx· celdre farine ·
Ovyn ·xxx· marce ·
Prameth per vicarium ·iiij· marce· per rectorem ·xvj· marce ·
Inſula per vicarium ·vj· marce ·

porcio domini Jurdani ·viij· marce · per rectorem ·xxij· marce et ·xj· ſolidi ·

Culſamuelle per vicarium ·vj· marce · per garbas ·xxvj· marce [et] dimidia ·

Leſſly per vicarium ·v· marce · per rectorem ·xv· marce ·

Rothmurielle per vicarium ·iij· marce · per garbas ·ix· marce cum dimidia ·

Kynalchmond per vicarium ·vj· marce · per rectorem ·xxiiij· marce ·

Clath ·xvj· marce ·

Tulyneſtyn ·xx· marce ·

Rane terris cum garbis ·xxij· libre · per alteragium ·xviij· marce · per bracinam dimidia marca ·

Summa huius decanatus ·vj^{c}· et ·xxviij· marce ·vij· ß. et ·viij· đ.

Decanatus de Aberden ·

Balheluy ·xxxvij· marce ·

Eccleſia beati Machorij ·lx· marce·

Eccleſia beati Nicholai ·xl· marce·

Bancherydefnyk ·xx· marce ·

Cultyr ·xviij· marce ·

Bancheritarny ·xvj· marce · de quibus abbas percipit ·x· marcas · de terris eiuſdem ·ix· marce ·

Dulmayok ·vj· marce ·

Echt ·xvj· marce · de quibus abbas percipit ·x· marcas ·

Summa huius decanatus ·cc· et ·xxij· marce ·

Summa ſummarum taxationis eccleſiarum epiſcopatus Aberdonenſis ·ij^{m}·cc·xxxviij· marce ·iiij· ß. ·iv·đ.

Summa librarum ·M·cccc·iiij·^{xx} et ·xij· lĩb. ·iiij· ß. ·iiij· đ.

Denarius de libra· Summa ·v· lib. ·xvij· ß. ·viij· đ. et ·j· feĩ ·

Procurationes debite domino epiſcopo Aberdonenſi ·

Decanatus de Garuiach ·

Fyntre	·xl· ß.
Kynkell	·iv· liƀ. ·x· ß.
Bowrty	·xl· ß.
Inuerowry	·xl· ß.
Dauiot	·xl· ß.
Vchtyrlyff	·xl· ß.
Forge	·xl· ß.
Durnach	·xl· ß.
Ovyn	·xl· ß.
Prameth	·xxvj· ß. ·viij· đ.
Culſamuelle	·xl· ß.
Inſula	·xl· ß.
Leſly	·xxvj· ß. ·viij· đ.
Rothmuriell	·xiij· ß. ·iiij· đ.
Kynalchmond	·xl· ß.
Clat	·xl· ß.
Tulyneſtyn	·xl· ß.
[Rane	·xl· ß.]

Summa huius decanatus
·xxxv· liƀ. vj· ß. ·viij· đ.
[·xxxv· liƀ. ·xvj· ß. ·viij· đ· et
ſinoð ·xlix· ß.]

Decanatus de Marr ·

Kyndrocht	·vj· ß.
Kynmuk	·xxiiij· ß.
Crethy	·x· ß.
Obeyn	·xl· ß.
Braſſ	·xl· ß.
Kyncardyn	·iiij· lib. ·vj· ß. ·viij· đ.
Kynnerny	·xiij· ß. ·iiij· đ.
Tulich	·xiij· ß. ·iiij· đ.
Keyge	·xx· ß.
Afford	·xxvj· ß. ·viij· đ.
Lochell	·xx· ß.
Cuſcheny	·xx· ß.
Forbes	·xiij· ß. ·iv· đ.
Kyndrummy	·xx· ß.
Taruelan Migveth	·xl· ß.
Dauachendor	·xx· ß.
Murthelach	·xl· ß.
Kynbethokis	·xxvj· ß. ·viij· đ.
Inuernochty	·xx· ß.
Codylſtane	·xx· ß.
Cowle	·xx· ß.
Kyern	·x· ß.
Munimouſk	·xl· ß.
Dunmet	
Cloueth	
Logy Ruthuen	·xx· ß.

Summa huius decanatus
·xxx· lib. ·x· ſol.
[et ſinoð ·lvij· ß. ·iiij· đ.]

Decanatus de Aberden ·

Balheluy . . . ·xl· ß.
Banchery deuenyk . ·xx· ß.
Cultyr . . . ·xx· ß.
Banchery tarni . . ·xl· ß.
Echt . . . ·xl· ß.

Summa huius decanatus
·viij· lib.
[ſinodał. ·x· ß.]

Decanatus de Buchania ·

Fouern . . . ·xl· ß.
Logy . . . ·xl· ß.
Elon . . . . ·xl· ß.
Furvy . . ·xiij· ß. ·iv· đ.
Slanys . ·xxvj· ß. ·viij· đ.
Crowdan . . . ·xl· ß.
Inuerugy Petri . . ·xl· ß.
Lungle . . . ·xl· ß.
Rathyn . . . ·xl· ß.
Creychmond . . ·xl· ß.
Lunme . . . ·xl· ß.
Fylorth . ·xxvj· ß. ·viij· đ.
Der . . . . ·xl· ß.
Fyvyn . . . ·xl· ß.
Methlayk . . . ·xl· ß.
Taruas . . . ·xl· ß.
Bothelny . . . ·xl· ß.

Summa huius decanatus
·xxx· lib. ·vj· ſol. ·viij· đ.

Decanatus de Buyn

Abredovyr . . ·xl· ß.
Tyry . . ·xiij· ß. ·iiij· đ.
Gamery . . . ·xl· ß.
Forglen . . . ·xl· ß.
Banf . . . . ·xl· ß.
Alueth . . . ·xl· ß.
Kynedwarde . . ·xl· ß.
Turreth . . . ·xl· ß.
Rothfen . . . ·xl· ß.

Summa huius decanatus
·xv· lib. ·vj· ß. ·viij· đ.

Summa ſummarum
procurationum ·
·c·xvij· lib. et ·x· ß.

STATUTA.

Super quorundam exceſſuum reformatione ·

In Dei nomine Amen · Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis pateat euidenter quod anno ab incarnatione Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto die dominico decimo tertio die menſis Junij indictione quarta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Vrbani diuina prouidencia Pape quinti anno quarto · In mei notarij publici et teſtium ſubſcriptorum preſencia conſtitutis venerabilibus et diſcretis viris dominis Decano Cancellario Theſaurario Archidiacono et Subdecano vna cum infraſcriptis canonicis preſentibus perſonaliter et capitulariter congregatis ceteriſque canonicis eccleſie Aberdonenſis vocatis ad hoc ſepius et legitime prout moris eſt monitis et citatis habito ſuper hoc frequenti et diligenti tractatu et deliberatione matura in capitulo eccleſie Aberdonenſis memorate penſata ipſius eccleſie vtilitate et quorundam exceſſuum reformatione in modum qui ſequitur concordatum eſt et etiam ordinatum ·

Imprimis videlicet quod omnes canonici eccleſie memorate debitam reſidenciam iuxta ſtatuta non facientes ſeptimam partem prebendarum ſuarum inter canonicos reſidentes proportionaliter in modum commune diuidendam ſine remiſſione ſoluere teneantur · et quod dicta ſeptima ſecundum taxationem vel verum valorem in opcione ſoluentis fideliter perſoluatur · et quod dicti canonici ſuam reſidenciam facere incipiant ad feſtum ſancti Michaelis archangeli proximo futurum et quod eandem perficiant citra idem feſtum anno reuoluto ·

Item quod quilibet canonicus habeat pro ſuo vicario habitum

decentem ſuperpellicium videlicet cappam nigram cum almuchio nigro furrato citra inſtans feſtum beati Michaelis ſub pena ſex ſolidorum et octo denariorum ·

Item quod quilibet canonicus ſatiffaciat ſtallario ſuo de ſuo ſalario infra quindecim dies poſt quodlibet ſtadium ſub pena quadraginta denariorum ·

Item quod quilibet canonicus fieri faciat ſufficientem clauſuram ante et a latere et etiam retro ſi parcam habeat infra annum a feſto predicto ſub pena decem ſolidorum ·

Et quod omnes iſte pene in reparatione librorum veſtimentorum aliorumque neceſſariorum eccleſie memorate prout magis expediens fuerit fideliter conuertentur · et ad hec omnia et ſingula perpetuo et inuiolabiliter obſeruanda tam Decanus Cancellarius Theſaurarius Archidiaconus et Subdecanus quam etiam omnes et ſinguli canonici ſubſcripti ſcilicet magiſter Gilbertus Armſtrang · Johannes More · Alexander de Culchoyſe · Willelmus de Rubeo fonte · Thomas Trayle · Hugo de Dunbar · Johannes de Bothuyle · Johannes de Marre · Johannes de Edynhame · Iſaach Oliueri · Johannes Wildguſe · Reginaldus de Oggiſtone · et Ricardus de Monte alto · pro ſe et capitulo mutuo obligarunt et hec omnia fideliter obſeruanda promiſerunt · ſubmittentes ſe quoad prebendas ſuas cohertioni compulſioni et iuriſdictioni domini epiſcopi Aberdonenſis · qui quidem dominus epiſcopus gracioſe conceſſit et fideliter promiſit omnes et ſingulos contradictores huiuſmodi ordinationi ſeu rebelles quotiens pro parte dicti capituli fuerit ſuper hoc requiſitus per omnem cenſuram eccleſiaſticam in prebendis ſuis tam pro penis ſupradictis quam etiam pro illis ſexaginta libris per prefatos dominum decanum et capitulum fabrice eccleſie cathedralis Aberdonenſis pro decennio conceſſis ipſo decennio durante vſque ad plenam ſatiffactionem compellere et tanquam pro proprio debito ſuo coartare · Super quibus omnibus et ſingulis prefati domini decanus et capitulum petierunt per me notarium publicum infraſcriptum ſibi confici vnum vel plura publicum ſeu publica inſtrumenta · et ad maiorem huius rei ſecuritatem de man-

dato et conſenſu dicti domini decani ſingulorumque canonicorum ſupraſcriptorum ſigillum commune capituli preſenti publico inſtrumento eſt appenſum · Acta fuerunt hec in capitulo eccleſie cathedralis Aberdonenſis anno indictione pontificatu et die prenotatis · Teſte capitulo ·

Et Ego Johannes de Corſhill etc ·

Indentura inter epiſcopum et capitulum ·

In nomine Domini Amen · Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis pateat euidenter quod anno ab incarnatione Eiuſdem milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto indictione quarta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti anno quarto die vigeſima menſis Junij in mei notarii publici et teſtium infraſcriptorum preſencia facta fuit preſens ordinacio ſiue compoſicio inter venerabilem in Chriſto patrem ac dominum dominum Alexandrum Dei gratia epiſcopum Aberdonenſem ex parte vna et venerabiles et diſcretos viros decanum et capitulum eccleſie Aberdonenſis ex altera vocatis ad hoc et legittime citatis ſingulis canonicis dicti capituli prout moris eſt videlicet conſiderata et diligenter attenta vtilitate eccleſie predicte ac continuatione fabrice eiuſdem predictus dominus epiſcopus ſponte et ex mera ſua liberalitate et deuotione omnes ſecundas decimas epiſcopatus ſui et alibi vbicunque exiſtentes omnes et ſingulos redditus prouentus et obuentiones eccleſie beati Nicholai de Aberdon excepta piſcaria eiuſdem necnon et exitus quoſcunque ex iuriſdictione ſua ac prouentus quomodocunque prouenientes ex eadem ad predictam fabricam exequendam et complendam conceſſit ac animo deliberato in eandem fabricam conuertendas aſſignauit · dictique decanus et capitulum maiori et ſaniori parte eiuſdem perſonaliter ibidem et particulariter comparente ſponte voluntarieque conſentiente attenta deuotione et predicti domini ſui epiſcopi liberalitate magnifica deuotionis zelo

ducti et affectu in dei honorem matriſque ſue benedicte dicteque fabrice continuationem et eiuſdem potius ſuppletionem affectantes vt tenentur ad ipſius fabrice ſuſtentationem continuationem et perfectionem de bonis ſuis propriis certo et ordinato modo leuandas ſexaginta libras ſterlingorum magiſtro operis dicte fabrice ad duos anni terminos ad feſtum videlicet pentecoſtis medietatem aliamque medietatem ad feſtum purificationis proxime ſequens promiſerunt fideliter et eciam aſſignarunt ad terminum decem annorum a tempore date preſentis immediate ſequentium hoc tamen adhibito moderamine quod opus dicte fabrice debite procedat et ſecundum conceſſionem dicti domini epiſcopi et aſſignationem predictas continuetur cum effectu · pro quibus quidem ſexaginta libris fabrice predicte perſoluendis Decanus Cancellarius et capitulum eccleſie Aberdonenſis memorate ſe obligant et obligabuntur ac plenarie reſpondebunt · et in caſu quod abſit ſi contingat predictum dominum epiſcopum citra terminum dictorum decem annorum humanitus decedere preſens promiſſio ſeu etiam aſſignacio per dictos decanum et capitulum facte et aſſignate eo ipſo reuocentur et pro nullis ex tunc omnino habeantur ·

Item ordinatum eſt et per predictum dominum epiſcopum fideliter promiſſum quod a die confectionis preſentium omnes et ſingule eccleſie de communa capituli predicte eccleſie Aberdonenſis libere quiete et ſine contradictione quacunque ipſius domini epiſcopi Aberdonenſis aut cuiuſcunque nomine ſuo vna cum fructibus redditibus iuribus et obuentionibus ſuis vniuerſis ad vſum ordinationem et diſpoſitionem decani et capituli predictorum quiete reddantur et omnino remaneant libere et expedite non obſtantibus conuentionibus conceſſionibus compoſitionibus aut inter predictos dominum epiſcopum vel predeceſſores ſuos ſeu ipſorum aliquem contractibus quibuſcunque factis habitis hactenus vel conceſſis · que omnia et ſingula vna cum inſtrumentis euidencijs ſeu munimentis quibuſcunque loco ſeu tempore aut apud quemcunque reperta fuerint temporibus in futuris pro nullis caſſis vacuis et inanibus nullius que valoris in perpetuum aut repu-

tationis habeantur et pro tanquam nullius temporis momenti vel effectus ſet pro omnino renunciatis penitus iudicentur ·
Preterea ordinatum eſt de conſenſu dicti domini epiſcopi quod de qualibet eccleſiarum predictarum de communa recipiatur annuatim certa et congrua portio pro fabrica earundem reſtauranda habito reſpectu ad earundem fructuum quantitatem et ipſarum reparationis neceſſitatem ita quod infra decennium predictum congrue et ſufficienter reparentur · ita quod omnes et ſingule prebende canonicorum eccleſie cathedralis memorate dicto decennio perdurante libere et immunes ab omni contributione exactione ſeu extraordinaria impoſitione per dictum dominum epiſcopum imponenda permaneant ratione fabrice predicte eccleſie cathedralis · Et vt hec omnia et ſingula ſupradicta in omnibus et ſingulis ſuis punctis et articulis robur optineant firmitatis tam predictus dominus epiſcopus quam etiam decanus capitulum et ſingule perſone tunc preſentes de capitulo fideliter firmiter et mutuo ſeſe obligarunt nec non et pro maiori euidencia et ſecuritate preſentis publici inſtrumenti domini epiſcopi ſupradicti vni parti per modum indenture facte alteri vero parti capituli ſigilla alternatim ſunt appenſa · Acta fuerunt hec in capitulo eccleſie cathedralis Aberdonenſis ſepedicte anno indictione pontificatu et die prenotatis · preſentibus diſcretis viris dominis Oliuero de Fores rectore eccleſie de Logy in Bouchania · Johanne de Meldona perpetuo vicario de Lothreſk · Duncano Blak · Johanne de Furuy capellanis eccleſie predicte · Johanne de Fyngaſke perpetuo vicario de Obeyne · et Johanne de Dalgarnok burgenſe de Aberdon Sancti Andree dyoceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis · Proteſtantur tamen predicti domini epiſcopus decanus et capitulum quod per preſentem ordinationem non intendunt antiquis ſtatutis in aliquo derogare ·

De horis diuinis celebrandis ·

Primo quod omnes ebdomedarij diaconi et ſubdiaconi et capellani noſtre domine capellani capitulares cantores quicunque ordinati conueniant in choro in habitibus ſuis citra finem pulſationis ſecunde campane et quod collocati ſint in ſtallis ſuis ante finem ſupradictum ſub pena cuiuſlibet · In feſto duplici maiori in qualibet hora magna ·iiij· đ. et in qualibet hora minori đ. Et in feſtis ix lectionem in hora magna ·ij· đ. et in minoribus horis obulum · et in diebus feriarum pro qualibet hora magna obulum · idem in minoribus horis · Item omnes alij qui in choro intereſſe debent in aliquibus horis in matutinis ante finem pſalmi VENITE in miſſa ante vltimum KYRIEELEEYSON in alijs horis ante finem primi pſalmi intereſſe debeant ſub pena prius taxata vt ſupra iuxta feſta · Item quod nullus predictorum recedat de choro ante finem hore niſi forte neceſſitate cogetur et tunc petita et obtenta licencia a preſidente chori ſcilicet decano [aut] cantore et in abſencia eorum a canonico intereſſente pro tunc · et in abſencia canonici ab ebdomidario niſi forte in miſſa in quo caſu tunc a cantore chori ex parte illa in qua eſt ebdomidarius et certa vt ſupra habita conſideratione ad feſta maiora minora et dies feriales · Item omnes intrantes et exeuntes chorum qui ibidem intereſſe tenentur inclinationes faciant debitas primo altari ſecundo epiſcopo ſi preſens fuerit in cuius abſencia decano · Item quod diuine laudes per ſingulas horas non curſim et feſtinanter ſed tractim et cum pauſa decenter et reuerenter ab omnibus perſoluantur · Horas autem canonicas dicturi cum tunica talari ac ſuperpelliciis mundis vltra medias tibias longis et cappis iuxta temporum diuerſitatem eccleſias ingrediantur non capucia ſed almucia vel birreta tenentes in capite qui cum in choro fuerint grauitatem ſeruent quam locus et officium exigunt non inſimul aut cum alijs confabulantes ſeu colloquentes aut literas vel ſcripturas alias legentes ſub pena vt ſuperius eſt expreſſum · Item cum pſallendi gratia ibidem conuenient muta aut

labia clauſa tenere non debent ſed ymnis et canticis Deo alacriter modulentur · cum dicitur GLORIA PATRI *etc* · omnes conſurgant · cum nominatur glorioſum nomen illud JHESUS · *in cuius nomine omne genu flectitur etc* · omnes caput inclinent · Item nemo ibidem dum hore cantantur in communi publice legat vel dicat priuatim officium nam non ſolum obſequium quo obnoxius eſt choro ſubtrahit ſed alios pſallentes perturbat · horum autem tranſgreſſores illius hore in qua circa predicta necligentes extiterint prout tranſgreſſionis grauitas exigit plectentur pena per preſidentem in capitulo · Item quod ebdomidarius pro tempore diaconus et ſubdiaconus ſtatim poſt ſextam conueniant in capitulo induturi ſeſe veſtimentis prout decet et quod obſeruent ſtaciones per totam miſſam · contrarium faciens puniatur iuxta diſcrecionem et arbitrium preſidentis · et quod ſtatim poſt miſſam conueniant in domo capitulari et reponant honeſte et placenter veſtimenta in loco debito · Item quod vnus ex qualibet parte chori deputetur pro defectibus conſcribendis in choro de abſentibus non pſallentibus non inclinantibus vel recedentibus aut defectuoſis in aliquo predictorum · et quod in ſabbato ebdomidarius pronunciet et tradat in ſcriptis conſcribens defectus maiori preſidenti in capitulo · et quod deficientes puniantur per preſidentem abſque dilatione quacunque vel remiſſione · Item quod ad hec ſingula perimplenda valletur iuramentum ab omnibus miniſtrantibus in choro publice in capitulo · Item quod nullus admittatur ſine iuramento predicto ad miniſtrandum in eccleſia Aberdonenſi · Item quod nullus canonicus recipiat capellanum ſeu ſtallarium ſuum perambulandum ſecum vltra canoniam vel infra tempore hore in qua debet intereſſe · Item quod ſi aliquis puerorum cum quocumque canonico vel alio tempore hore in qua intereſſe tenetur abſens fuerit primo diſciplinetur et ſecundo ac tertio expellatur · et ſi necligenter adminiſtrauerit in choro diſciplinetur prout decet · Item quod circa feſtum purificationis proximum vel infra octo dies ſequentes abſque vlteriori dilatione fiat conductio omnium vicariorum capellanorum et clericorum chori et quod quilibet conductus det ſecuritatem de reſidendo et

miniſtrando iuxta ſtatuta vſque ad terminum ad quem eſt conductus et ſub pena iuxta arbitrium ſuperiorum · Item quod nullus legat euuangelium epiſtolam vel lectionem que non preuiderit · contrarium faciens vel in legendo vel cantando deficerit puniatur iuxta arbitrium ſuperiorum antequam exeat de capitulo poſt finem illius hore quod intrare debent in exitu cuiuſlibet vel ſaltem magne miſſe propter huiuſmodi defectus reformandos · Item quod capellani non vadant inſimul ad miſſas precipue vbi vnus poterit alium impedire ſet vnus expectabit alium vſque ad eleuationem ſacramenti nec aliquis qui horis intereſſe tenetur vadat ad priuatam miſſam tempore quo debet miniſtrare in choro vel cantare · et qui contrarium fecerit puniatur ſicut abſens in magna hora · Item quod nullus capellanorum exportat libros de choro extra chorum ſub pena vnius libre cere eccleſie preſentande · Item quod omnes ebdomidarij extra officium exiſtentes habeant ad minus ter in ebdomida celebrare priuate pro animabus epiſcoporum canonicorum et omnium fidelium defunctorum et alij capellani perpetui qualibet die legittima cauſa ceſſante celebrare habent · et non facientes pro qualibet miſſa omiſſa vel neglecta ſoluent · iiij · đ. ad pios vſus per dominos de capitulo conuertendos · ſimiliter qui miſſam capituli [omittit] ſoluet tantum ſine aliqua remiſſione · Item quod ſcriptores defectuum in choro habeant iſta explorare accuſare et denunciare in capitulo ſicut alios defectus · Item quod nullus capellanus conducticius ſeu perpetuus percipiet in communi anniuerſariorum niſi qui interfuerit in exequiis prout in DIRIGE et in miſſa in hatibus conuenientibus et celebrauerint priuatas miſſas ſecundum fundationem eorum pro quibus fuerint exequie · Item quod omnes capellani perpetui teneantur cappas diebus ad hoc congruis in choro portare et alias non precipient in commune · Item quod omnes capellani venient diebus ſabbatinis ad capitulum vt ibi videant omnes defectus notatos lectos et punitos vna cum tabula et ſuper ordinatione eccleſie ebdomide future · et non veniens niſi legittime excuſatus puniatur in · vj · đ. ſine remiſſione nec audiatur in poſterum iuxta ſtatuta prius notata ſuper excuſatione alicuius defectus ·

Facultas eccleſie Aberdonenſis · anni *etc* · xxxvij ·

In primis
Ebdomadarii ·

Decanus iiij libre ·
Cantor iiij libre ·
Cancellarius iiij libre ·
Theſaurarius iiij libre ·
Archidiaconus iiij libre ·
Epiſcopus iiij libre ·
Balheluy iiij libre ·
Kyncardyn iiij libre ·
Turreff iiij libre ·
Kynkell vj libre xiij ſolidi iiij denarij ·
Rethfen v libre ·
Monymouſk iiij libre ·
Summa ·lj· lib. ·xiij· ß. ·iiij· d.

Diaconi ·

Murthlac liij ſolidi iiij denarij ·
Ouyne liij ſolidi iiij denarij ·
Crowdane liij ſolidi iiij denarij ·
Ellone liij ſ. iiij denarij ·
Methlak liij ſolidi iiij denarij ·
Crethmont iij libre vj ſolidi viij denarij ·
Codilſtan liij ſolidi iiij denarij ·
Summa ·xix· lib. ·vj· ß. ·viij· d.

SUBDIACONI · Balhorydeuenyk xl ſolidi ·
Clat xl ſolidi ·
Tulyneſtil xl ſolidi ·
Forbes xl ſolidi ·
Innernochty xl ſolidi ·
Aberdoure xl ſolidi ·
Lummey xl ſolidi ·
Filorth xl ſolidi ·
Dere xl ſolidi ·
Dummaok xxvj ſolidi viij denarij ·
Summa ·xix· lib. ·vj· ß. ·viij· đ.

Summa totalis iiij^{xx} x libre vj ſolidi viij denarij ·

De Fouern per abbatem de Dere . . . . iiij lib.
De Ellone per abbatem de Kynloff . . . . v lib.
De Kynedwarde per abbatem de Dere . iij lib. vj ß. viij đ.
De Alueth per abbatem de Cupro . . . . iiij lib.
De Fyuye per abbatem de Aberbrothoc . . . iiij lib.
De Achtidonald . . . . . iiij lib.
Fundatio pro anima domini Wilhelmi Calabre
Et pro domino Wilhelmo de Keth
De Aberden pro domino Alexandro epiſcopo quondam
huius eccleſie de terris quondam Hannay . . . xxx ß.
De terris Duncani Heruy . . . . . vj ß. viij đ.
Et de terris de Champany . . . . . v ß.
De terris Duncani Fleſchare . . . . . iiij ß.
De terris domini Wilhelmi Forbes . . . vj ß. viij đ.
De Logy in Buchania . . . . . v lib.

Capellani perpetui ·

In primis de Galquhole x marce vni capellano pro anima domini Dauid regis Scotie illuſtris ·
De Logy in Marr x marce vni capellano pro anima comitis Duncani ·
De Kyldrumy x marce pro anima Thome comitis de Marr ·
De Falay vj libre pro anima Ade Pyngill ·
De hoſpitali beati Petri prope Aberdene fundato per reuerendum patrem in Chriſto et dominum dominum Henricum de Lychtone pro ſe anteceſſoribus et ſucceſſoribus ſuis xx marce duobus capellanis ·

[Item duo capellani fundati per dominum Robertum de Kethe de xx marcis de Kyntore ·
Item capellanus domini Ingerami epiſcopi fundatus de xviij marcis de le Weſthall parochie de Ouyn ·
Item capellanus magiſtri Johannis Clat fundatus de xij marcis de certis terris de Aberden ·
Item capellanus magiſtri Laurencij Duncanj fundatus de annuo redditu decem marcarum de terris de Morfy prope Montros ·
Item capellanus bone memorie quondam reuerendi patris epiſcopi Thome Spens fundatus ·
Item capellania magiſtri Andree Lyell fundata ad vicarios in communem valoris ·
Item capellania per magiſtrum Alexandrum Cullane ad altare beati Nicholai ·
Item capellania fundata per magiſtrum Alexandrum Cabellale rectorem de Banquhory ad altare beati Dominici x libre annui redditus de terris de Morecroft cum pertinencijs qui ad continuam in eccleſia Aberdonenſi aſtringitur reſidentiam ·]

Statuta ·

Die mercurij vndecima die menſis Januarij anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo venerabiles viri domini et magiſtri Henricus Heruy cantor et preſidens decano in remotis agente Duncanus de Lychtone cancellarius Henricus Rynde theſaurarius Laurencius Pyot archydiaconus Walterus Stwart de Kyncardyn Wilhelmus Crawfurde de Crowden Ingeramus de Lyndeſay de Methlak Walterus de Foulartone de Codilſtane Thomas de Edname de Clat Johannes Stewart de Banchorydewny Robertus Stowart de Dere Ricardus de Forbes de Innernochty et Johannes de Clat de Cloweth ad tempus vite canonici et prebendarij ac Alexander Ogilby canonicus et expectans eccleſie Aberdonenſis capitulariter congregati attendentes et conſiderantes nonnulla pro augmentatione cultus diuini dicte eccleſie Aberdonenſis ac pro conſeruatione priuilegiorum iurium libertatum et immunitatum capituli necnon canonicorum prefate eccleſie fore vtilia ac perpetuis temporibus tempore canonicorum de preſenti exiſtentium et futurorum certa ſtatuta et ordinationes voluerunt omnes et ſingulos canonicos dicte eccleſie aſtringi cogi et compelli in modos ſequentes ·

Primo quia ſepe in dicta eccleſia viſum eſt quod capellani diaconi ſubdiaconi et alij miniſtri chori qui de canonicis prebendatis ſuum ſalarium exportare debent interdum ob non ſolutionem a cultu diuino recedunt propterea prefati domini volentes de remedio oportuno prouidere ſtatuerunt et ordinarunt quod nullus canonicus prebendatus cuiuſcumque dignitatis ſtatus gradus vel conditionis exiſtat in electione futuri pontificis noſtre eccleſie nunc vacantis per obitum bone memorie Henrici vltimi paſtoris noſtre eccleſie predicte ad predictam electionem admittatur niſi prius et ante omnia quilibet canonicus preſens in electione predicta qui in ciuitate Aberdonenſi non reſidebat ſpacio vnius menſis ante

dictam electionem celebrandam conſtituit procuratorem canonicum dicte eccleſie et in dicta eccleſia reſidebat vel iudicio reſidencium reſidere proponit et qui ſit deſoluendo onuſque procurationis huiuſmodi pro vno anno acceptabit et qui habeat reſpondere capitulo pro omnibus iuribus debitis ratione prebende ſue penes ſalarium capellanorum diaconorum et ſubdiaconorum ac clericorum chori ac actus capitulares et quod quilibet canonicus deinceps recipiendus antequam recipiatur et admittatur ſimile iuramentum in ſpeciale et per expreſſum preſtet et procuratorem modo premiſſo conſtituat qui acceptet onus ·

Item quantum ad electum quod iuret quod nunquam petet eccleſias communes nec bona communia ſet libere permittet canonicos et eorum procuratores de fructibus earum libere diſponere et quod nuncquam petet ſuper hoc iuramento abſolutionem etiam ſi motu proprio concedatur nuncquam vtetur et quod non leuabit ſubſidium de prebendis canonicorum nec deſuper petet abſolutionem ·

Item iuret ſimili modo de preuilegijs canonicorum infra canoniam obſeruandis iuxta tenorem ſtatutorum tam in foro contenſioſo quam in foro anime niſi in euentu deuolutionis et negligencie ·

Item quod iuret fideliter aſſignare antequam petit ſe recipi per capitulum poſt ipſius electionis confirmationem capitulo et canonicis eccleſie pro fabrica eccleſie centum libras ſingulis annis leuandas de piſcaria de Aberden ſuper qua non petet abſolutionem vt ſupra et ſe non intromittet in temporalibus aut ſpiritualibus donec premiſſa compleuerit ·

Item iuret quod ammodo nuncquam creabit aliquem in canonicum dicte eccleſie niſi illum cui contingat conferre prebendam vel dignitatem vacantem ·

Die veneris decimo tertio menſis ſupradicti omnes et ſinguli domini canonici ſupradicti quilibet manum ad pectus ponendo tactis ſacroſanctis euangelijs iurauerunt omnia et ſingula ſupradicta inuiolabiliter obſeruare et quantum in eis fuit obſeruari facere · preſente toto capitulo et me notario publico ·

Statuta et ordinationes reuerendi patris Ingerami epiſcopi Abbirdonenſis de communi conſenſu decani et capituli ſui ſequuntur ·

De reparatione capparum et taxatione prebendarum pro eiſdem ·

Acta primo die Decembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo preſentibus reuerendo in Chriſto patre Ingeramo Dei gratia epiſcopo Abbirdonenſi decano abſente dominis et magiſtris Henrico Heruy cantore Duncano Lychton cancellario Henrico Rynd theſaurario Laurencio Piot archidiacono et omnibus aliis canonicis eccleſie Abbirdonenſis per ſeipſos ſeu procuratores ſuos comparentibus ad reformandum vnum antiquum ſtatutum quod factum fuerit pro cappis prouidendis ad decorem domus Dei · in quo quidem ſtatuto fuit ordinatum quod quilibet canonicus in dicta eccleſia intrans ſolueret in primo anno ſue receptionis in canonicum decimum denarium ſue prebende pro cappa emenda · Et quia dictum ſtatutum omnibus conſideratis fuit nimis oneroſum dictus dominus epiſcopus et ſuum capitulum antedictum ſic propter hoc capitulariter congregatum attendentes quod exinde nullum fructum reportabit eccleſia antedicta ſtatuerunt et ordinauerunt quod omnes canonici eccleſie Abbirdonenſis memorate tam in dignitate conſtituti quam alij et tam preſentes quam futuri ſoluent duodecim denarios de qualibet libra ſuarum prebendarum ſecundum verum valorem earundem prout modo taxantur quarum taxa ſubſcribitur ad perpetuam rei memoriam et hoc infra annum poſtquam poſſeſſores poſſeſſionem pacificam optinere poterunt in eiſdem omnibus fraude et dolo remotis penitus et excluſis · preſentes vero dictam quotam ſatiffacient citra feſtum Sancti Johannis Baptiſte et Sancti Michaelis archangeli proxime futurum per equales portiones · Et ad receptionem et conſeruationem quote antedicte electus eſt theſaurarius pro dicti capituli libito voluntatis qui dictas ſummas habet leuare ſumptibus et expenſis de quota leuanda percipiendis.

Taxa capparum iuxta ratam beneficiorum et prebendarum ·

Decanatus	·lxxx· lib.
Precentoria	·xl· lib.
Cancellaria	·xl· lib.
Theſauraria	·xl· lib.
Archidiaconatus	·lx· lib.

Prebenda ſancti Nicholai	·xl· lib.	Abbyrdour . .	·xl· lib.
Kynkell . .	·i^{c}xx· lib.	Clatte . . .	·xx· lib.
Kyncardyn . .	·i^{c}· lib.	Banquhory . .	·xxx· lib.
Turreff . .	·lxxx· lib.	Morthlach . .	·xl· mar̃.
Balheluy . .	·xl· lib.	Tulyneſtin . .	·xx· lib.
Methlach . .	·xl· lib.	Innernochty . .	·xx· lib.
Crowdaine . .	·xl· lib.	Coldſtaine . .	·x· mar̃.
Rothwen . .	·lxxx· lib.	Forbes . . .	·xx· mar̃.
Oyne . . .	·xl· lib.	Monymuſk . .	·xl· lib.
Phylorth . .	·xl· mar̃.	Ellon . . .	·x· lib.
Crethmond . .	·xx· lib.	Deyr . . .	·viii· lib.
Lommey . .	·xx· lib.	Dulmaok . .	·x· lib.

Summa ·lviii· lib. ·xviii· ſol. compotando ad viceſimum denarium viz. de libra ·xii· d̄.

De conſtitutione procuratoris per reſidentem canonicum et officio eiuſdem ·

Statutum eſt et ordinatum quod quilibet canonicus habeat canonicum procuratorem reſidentem in ſua abſentia et non alium in hiis que ſpectant ad eum in capitulo cuius quidem procuratoris nomen ſcribatur in libro ſtatutorum et idem procurator reſpondebit ſtallario pro feodo ſuo et habitu et aliis oneribus ordinariis ac eciam pro cappa · Et ſi quis canonicus non reſidens infra quadraginta dies poſtquam receptus fuerit in canonicum non deputauerit

procuratorem vt premittitur preſentem et acceptantem non admittetur vt canonicus in choro aut capitulo nec ad diſtributiones quotidianas ſeu communiam niſi prius fuerit per capitulum reconciliatus · Et ſi infra tres menſes exinde ſequentes non conſtituerit procuratorem perdet tertiam partem fructuum prebende ſue illius anni qui fructus applicabuntur fabrice eccleſie pro media parte et canonicis reſidentibus pro altera parte media · Quod ſi per annum procuratorem conſtituere diſtulerit vt premittitur ſit ipſo facto et ſine alio proceſſu priuatus fructibus ſue prebende donec et quouſque procuratorem conſtituerit et propter ſuam negligentiam et contumaciam per decanum et capitulum reconciliatus fuerit ſuperius vt premittitur et fructus interim applicabuntur fabrice et canonicis vt ſupra ·

De habitibus vicariorum et pena non ſoluentium canonicis impoſita et promiſſione epiſcopi circa eandem.

Item renouetur ſuper habitibus vicariorum ſiue ſtallariorum quantum ad ſuperpellicia et capucia foderata ſine tamen reuocatione prioris ſtatuti ſuper premiſſis editi anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo ſexto · Quod infra quadraginta dies poſt proximam monitionem per capitulum in generali factam ſeu fiendam quilibet prebendarius prouideat circa ea cum effectu et quod quilibet in hoc deficiens ſoluat decem ſolidos et ſi ex tunc infra viginti dies ſequentes non prouiderit in premiſſis ſoluat viginti ſolidos et quod nulla cadat remiſſio circa premiſſa · et pro maiori firmitate per ſingulos canonicos hoc iuretur · Et dominus noſter epiſcopus promiſit firmiter quod ſequeſtrabit fructus prebendarum canonicorum circa premiſſa delinquentium quod non relaxabit niſi prius competenter fuerit ſatiſfactum tam quantum ad principale quam ad penam ·

De pena non reſidentium et de modo faciendi reſidentiam et horis intereſſendi et varietate habituum iuxta temporis exigentiam ·

Item quod ſtatutum eſt de ſeptima non reſidentium ſimili modo renovetur cum iuramento et quod ſingulis annis declaretur per capitulum quis cenſetur reſidens et quis non et pena limitetur ad fabricam eccleſie vſque ad ſeptimam ad minus ·
Item ſtatutum eſt quod decanus cantor cancellarius theſaurarius iuxta et ſecundum antiqua ſtatuta reſideant et reliqui canonici conſimiliter prout in antiquis ſtatutis cavetur ſimul vel interpollatim ita quod per octo dies ad minus ſimul reſideat et ſic conſequenter ·
Et quod quilibet canonicus tempore introitus ſui ad reſidentiam teneatur ſe preſentare decano uel maiori canonico reſidenti in ſua abſentia vel procuratori generali capituli ſi quis fuerit pro tempore conſtitutus · et in die ſui introitus nomen ſuum in libro communi manibus propriis ſeu ſui procuratoris ſcribere tenetur ſimiliter et in die ſui receſſus ſcribere debet · que ſcripta ſufficient ad oſtenſionem ſue reſidencie nec aliqua alia probatio ipſius reſidencie admittetur · Et quod incipiat ſuam reſidentiam in feſto ſancti Michaelis prout ſtatutum eſt in antiquis et qui non comparuerit in dicto feſto pro illo anno non cenſebitur reſidere nec ad communem illius anni admittetur · et contra hoc ſtatutum nulla fiet diſpenſatio · Et quod quilibet canonicus tempore ſue reſidencie ſit ſingulis ferialibus diebus in vna hora ad minus · in duplicibus autem feſtis duabis horis ſit in choro in habitu decenti ſcilicet in ſuperpellicio et almuſio tempore quo almuſium portatur in aliis vero temporibus in quibus almuſiis non vtuntur in cappa nigra ·
Et quod nullus canonicorum intelligatur reſidere niſi premiſſa obſeruat · et ſimiliter intra canoniam prandeat et dormiat tempore ſue reſidencie ſic durante · Sed quantum ad canonicos continue reſidentes nolumus ita ſtricte extendi ·

Conſtitutio noua ſuper clauſura manſionum canonie ante et retro ·

Item ſtatutum eſt penes clauſuras hoſpiciorum infra canoniam ſituatorum ſine reuocatione prioris ſtatuti deſuper editi quod omnes canonici manſiones habentes ipſas cum earum clauſuris maxime ante et retro citra feſtum ſancti Michaelis proxime futurum reforment et ſufficienter reficiant et hoc ſub pena viginti ſolidorum qua pena leuata non obſtante quod deinde infra annum proximo ſequentem hoc faciant ſub pena quadraginta ſolidorum et ſic ſingulis annis duplicando penam quouſque reformationem faciant vt prefertur · Et quod in dicta pena leuanda nulla fiat remiſſio ſed integre leuetur et media pars ad fabricam eccleſie et alia pars ad reformationem ornamentorum eccleſie convertatur · et quod ad ſolutionem dicte pene per ſequeſtrationem fructuum prebendarum in hac parte negligentium procedatur · Et quod nullus canonicus ſuam manſionem alicui committat niſi canonico reſidenti qui quidem canonicus ſic reſidens huiuſmodi manſionem non aſſedabit cuicunque perſone niſi preſens per capitulum examinetur et admittetur · Et ſi ſecus factum fuerit uel attemptatum non valebit ſed de dicta manſione capitulum prouidebit ·

De cappa ſoluenda per canonicum intrantem priuſquam ad communiam recipiatur ·

Item quod quilibet canonicus preſens intrans uel intraturus preſentabit unam cappam ſericam aut deauratam ſufficientem et honeſtam uel decimam partem ſue prebende infra annum immediate poſt ſuam receptionem pro cappa decenti per capitulum emenda · nec quis admittatur ad communiam recipiendam niſi prius cappa ſoluta uel portione predicta ſue prebende · Et ad recipiendum huiuſmodi ſummas theſaurarius eſt per capitulum deputatus qui de ſummis ſic recipiendis rationem reddet capitulo quando ſuper hoc per capitulum fuerit requiſitus ·

De procuratore communi capituli annuatim eligendo et equali diſtributione facienda canonicis de communia.

Item quod ſingulis annis eligatur vnus procurator ſiue collector generalis de canonicis reſidentibus qui habeat fructus et redditus omnium eccleſiarum ad communem ſpectantium levare recipere colligere et conſeruare de manibus quorumcunque firmariorum ſeu intromiſſorum eorundem · Et quod fiat diſtributio equalis canonicis reſidentibus et quod ſemel in anno de per ipſum receptis fiat plenum compotum in capitulo cum ſuper hoc fuerit requiſitus ·

De cartis ſigillo communi ſigillandis et ſubſcriptione earundem ·

Item quod canonici preſentes et conſentientes in capitulo quando aliqua littera ſigillo communi eſt ſigillanda teneantur ſe ſubſcribere et quod nullus canonicus protunc abſens quando ſuper tali littera fuerit in capitulo concluſum debeat ſe ſubſcribere niſi velit ·

De clauſura ortorum canonie ·

Statutum eſt quod murus borealis manſi de Morthlach pro perpetuo ſuſtentabitur per prebendarium eiuſdem · et murus borealis de Clat ſuſtentabitur per prebendarium eiuſdem · et ſic conſequenter per archidiaconum et prebendarios de Owyne de Banquhory Croudane et Deyr · Et Methlach ſuſtentabit murum lapideum ad conum proprium et reſiduum illius parietis pertinebit ad communiam capituli vſque ad conum prope lacum · et Turreff parietem inter ipſum et Methlach · Innernochty inter ipſum et Turreff · et murus quo itur ad lacum per limites de Innernochty pertinet ad communiam capituli · Item prebendarius de Balheluy ſuſtentabit parietem verſus viam regiam pro parte ſibi contingenti · et prebendarius de Forbes pro parte ſibi contingenti ſuſtentabit parietem verſus viam regiam ante et retro · Et theſaurarius ſuſtentabit

murum inter ipſum et Balheluy · et decanus inter ipſum et theſaurarium · cantor inter ipſum et decanum · cancellarius inter ipſum et cantorem · et murus iuxta viam pertinet ad communiam vt ſupra dictum eſt ·

CONSTITUTIONUM DOMINI INGELRAMI
FINIS ·

Declaracio tabule queſtuarie et onerum eiuſdem capitulo impoſitorum ·

Vniuerſis ſancte matris eccleſie filijs ad quorum noticias preſentes littere peruenerint Ingeramus Dei gratia epiſcopus Abbirdonenſis ſalutem in eo qui eſt vera ſalus veſtra · Nouerit vniuerſitas quod intellectis quibuſdam euidencijs capituli et canonicorum eccleſie noſtre Abbirdonenſis et preſertim literis bone memorie Richardi quondam epiſcopi Abbirdonenſis predeceſſoris noſtri qui ſuper infraſcriptis plenius fuerat informatus nobis euidenter innotuit et conſtabat ad plenum · quod omnes obuentiones et oblationes et legata gratuita ad eccleſiam noſtram antedictam et altare principale eiuſdem vndecunque et per quemcunque proueniencia ſpectant et ſpectare debent ad decanum et capitulum eccleſie noſtre Abbirdonenſis preſcripte propter ſuſtentationem luminarium honeſtorum nec non ornamentorum librorum ceterorumque neceſſariorum de quibus omnibus dicti decanus et capitulum habebunt in antea ſufficienter prouidere · et quia aliquibus poſſet venire in dubium vtrum denarij per Chriſti fideles oblati ad fabricam eccleſie noſtre portanti tabulam diebus dominicis et feſtiuis in eccleſia noſtra ſepedicta nobis et ſucceſſoribus noſtris ſpectare debent vel decano et capitulo antedictis · nos vero omne dubium in hac parte amputare et reſecare volentes declaramus huiuſmodi tabulam et denarios antedictos ad dictum decanum et capitulum integre et plenarie pertinere ratione conceſſionis predeceſſoris noſtri antedicti et one-



De ordinacõne chori Ecclesie Cathedralis Abbirdonẽn. et de stacõnibz sessionibz et gressionibz ad matutinas missam et vesperas in eodem faciendis tam in feriis q̃m in festis per totum Annum

In superiori gradu principalium personarũ stalla chori sunt terminalia scilicet in introitu chori ex parte occidẽ a dextris est stallum decani A sinistris Cantorie Ex parte orientali a dextra parte chori est stallũ Cancellarij. ex opposito thesaurarij A dextris decani Archidiaconus deinde Episcop a dextris eiusdem A dextris Cantoris bal

ris eijs impoſiti vt prefertur · non obſtante quod nos et felicis recordationis Henricus predeceſſor noſter vltimo defunctus tabulam et denarios antedictos recepimus in fabrice ſumptuoſe fauorem eccleſie noſtre prelibate · et hoc ad perpetuam rei memoriam omnibus et ſingulis tam preſentibus quam futuris quorum intereſt vel intereſſe poterit notum facimus et tenore preſentium vt premittitur declaramus · Datum ſub ſigillo noſtro autentico apud Abbirdone vltimo die menſis Auguſti anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto ·

ORDINATIO CHORI ·

De ordinatione chori eccleſie cathedralis Abbirdonenſis et de ſtationibus ſeſſionibus et conuerſionibus ad matutinas miſſam et veſperas in eodem faciendis tam in ferijs quam in feſtis per totum annum ·

In ſuperiori gradu principalium perſonarum ſtalla chori ſunt terminalia ſcilicet in introitu chori ex parte occidentali a dextris eſt ſtallum decani a ſiniſtris cantoris · ex parte orientali a dextra parte chori eſt ſtallum cancellarij ex oppoſito theſaurarij · a dextris decani archidiaconus · deinde epiſcopus a dextris eiuſdem · a dextris cantoris Balheluy et a dextris eiuſdem Murthlach · deinde reliqui canonici eo ordine quo recepti fuerant ſecundum ordinem prioritatis et poſterioritatis · poſt eos ex vtraque parte vicarij chori ſecundum eundem ordinem ex diſpenſatione in eodem gradu qui ſunt preſbiteri · reliqui autem clerici qui non ſunt preſbiteri in ſecundo gradu ante ſtalla ſuperiora · poſtremo accolliti et pueri ebdomadarij ſuis in locis conſuetis · de officijs vero dignitatum eccleſie ſupra ſcribuntur ·

De ſtatione facienda per ſingulas horas in choro eccleſie antedicte ·

Clerici de ſuperiore gradu tam maiores quam minores ad veſperas de die per totum annum ſtare tenentur continue niſi dum reſponſorium dicitur quando reſponſorium habetur et ſimiliter clerici de ſecunda forma · pueri vero ſine omni exceptione ad veſperas ſtare tenentur continue preterquam in ebdomada paſche tunc enim ad veſperas ſedere debent vna cum toto choro dum verſus gradalis et verſus ALLELUIAH cantantur · Ad completorium vero omnes clerici indifferenter per totam illam horam continue ſtare tenentur per totum annum niſi dum fuerint preces cum proſtratione · ad matutinas vero ſtare tenentur omnes clerici per totum tempus niſi dum lectiones leguntur et reſponſoria cum ſuis verſibus cantantur · Omnes benedictiones per totum annum dicuntur ad matutinas a ſacerdote interim ſedente niſi tantum prima quarta et ſeptima · tamen in die natiuitatis domini vltime tres benedictiones ſtando dicuntur · ex diſpenſatione tamen omnes clerici tam de ſuperiori gradu quam etiam de ſecunda forma ſedere poſſunt ad pſalmos ſuper lectiones quandocunque ad matutinas nocturnus dicitur · Ad laudes ſicut ad completorium · Ad primam et alias horas omnes clerici vniformiter ſtare tenentur ſicut ad completorium · in ferialibus diebus quando ad has feriales preces dicuntur tunc proſternant ſe clerici ad omnes horas et ad completorium dum preces dicuntur ex quo incipiatur primum KYRIE in miſſa vſque dicitur PER DOMINUM NOSTRUM poſt orationem · tamen ſolus ſacerdos ſe erigat a proſtratione cum dicitur EXURGE DOMINE ADIUVA NOS · Ad completorium vero non erigat ſe chorus antequam finiatur oratio poſt pſalmum AD TE LEUAUI · ad matutinas vero dum dicitur PATER NOSTER ante lectiones proſtratio fiat a toto choro vſque dicitur ET NE NOS · nunquam enim dicitur PATER NOSTER vel aliqua alia oratio ſedendo ad veſperas nec ad matutinas nec ad miſſam ſed ſemper ſtando vel proſternendo tam a ſacerdote quam a toto choro per totum annum · In laudibus proſternant ſe clerici dum preces feriales dicuntur

vſque poſt primam collectam · ſimiliter fiat ad veſperas · Idem ordo ſeruetur ad matutinas beate Marie virginis quando de eadem non fit plenum ſeruicium ſicut ſupra dictum eſt et ſimiliter ad veſperas ·

De ſtatione ad miſſam facienda tam in feſtis quam in ferijs ·

Ad miſſam autem omnes clerici ſtare tenentur niſi dum epiſtola vel lectio legitur · gradalia vel tractus cum ſuis verſiculis cantantur · In omnibus vero feſtis duplicibus ſtare debent omnes clerici dum a choro ALLELUIAH cantatur et ad veſperas in die paſche cum tribus diebus ſequentibus · pueri vero ſint ſtantes ad miſſam choro canente · Rectores vero chori cum duo tantum habentur ſequuntur per omnia regulam clericorum de ſecunda forma tam ad veſperas quam ad matutinas et ad miſſam niſi quod ſemper dum chorus ALLELUYA canit ſtare tenentur · et in inceptionibus cantuum ad miſſam ad altare ſe conuertant · in duplicibus vero feſtis omnes cantores chori geſtum chori per omnia imitentur · poſt primam vero in capitulo ſtare tenentur omnes clerici dum lectio de martilogio legitur et abhinc vſque ad benedictionem ſuper lectione que legitur ſtatim poſt vltimam orationem · interim enim ſedeant omnes clerici · Ad miſſam quamlibet que de feria dicitur extra tempus paſche fiat proſtratio ſtatim poſt SANCTUS vſque PAX DOMINI · Preterea in ſexageſima in inceptione cuiuſlibet hore et laudum fiat genufleccio quando de feria dicitur vſque ad cenam domini · Proſtratus etiam debet eſſe chorus in omni feria quando de feria agitur extra tempus paſche et in vigilijs mortuorum trium lectionum ad PLACEBO ex quo dicitur primum KYRIE donec dicatur vltima oratio ad DIRIGE · dum dicitur PATER NOSTER ante lectiones fiat etiam proſtratio a toto choro quouſque dicitur ET NE NOS poſt pſalmum BENEDICTUS eodem modo poſt pſalmum MAGNIFICAT ad PLACEBO · Preterea in ferijs ab inceptione O SAPIENCIA vſque ad vigiliam natiuitatis domini non fiunt proſtrationes · in obſequijs mortuorum ad PLACEBO nec ad DIRIGE nec ad laudes quando expoſitio euangelij ad matutinas de die habeatur ·

De conuerſione chori ad altare per ſingulas horas ·

Conuerſi ad altare tenentur clerici ſtare in choro ad veſperas ex quo dicitur DEUS IN ADIUTORIUM quouſque incipiatur prima antiphona ſuper pſalmos · ſimili quoque modo ſe habeant in inceptione cuiuſlibet hore et quandocunque dicitur GLORIA PATRI · In reſponſorijs vero cantandis generaliter obſeruetur quod ſcilicet is vel hij qui reſponſorium cantant quouſque verſus GLORIA PATRI ſi GLORIA PATRI habetur percantetur ſtare tenentur ad altare conuerſi · chorus quoque in ipſius reſponſorij inceptione ad altare ſe conuertit quouſque ipſe chorus cantet · ſimiliter obſeruatur in omnibus capitulis et collectis dicendis et in fine omnium hymnorum et in omnibus verſiculis · obſeruetur etiam poſt MAGNIFICAT · NUNC DIMITTIS et BENEDICTUS ex quo dicitur GLORIA PATRI quouſque totum ſeruitium illius hore expleatur · ſimili quoque modo obſeruetur poſt vltimum verſum vltimi pſalmi cuiuſlibet hore quod ſcilicet chorus ſit ſemper conuerſus ad altare quouſque reſponſorium incipiatur ſi reſponſorium habetur vel capitulum dicitur · ſimiliter fiat in laudibus · ſacerdos vero dicendo capitulum nec ſtallum nec habitum mutet ſed dicendo ad altare ſe conuertat miniſterio pueri in cappa nigra librum cum lumine deferentis et hoc ſemper obſeruetur ad omnes veſperas et ad matutinas principaliter in feſtis et ferijs quociens capitulum dicitur ad eaſdem · idem obſeruetur in feſtis duplicibus excepto quod puer in ſuperpellicio cum lumine defert librum · Ad matutinas ſtet chorus ad altare conuerſus in inicio quouſque vltimo reincipiatur inuitatorium et in ſingulis nocturnis poſt vltimum verſum vltimi pſalmi quouſque inchoetur lectio · ad pronuntiationem autem cuiuſlibet euangelij ad ipſum lectorem ſtet chorus conuerſus dum verba euangelij dicuntur videlicet vſque dicitur ET RELIQUA · In inceptione autem TE DEUM ſtet chorus ad altare conuerſus donec chorus pſalmum cantet et dum vltimus verſus canitur · quando vero TE DEUM non dicitur ſed nonum reſponſorium repetitur tunc ad altare conuertat ſe chorus quouſque incipiatur prima

antiphona ſuper laudes · In ceteris autem horis per totam horam habeat ſe chorus predicto modo poſt vltimum verſum vltimi pſalmi ·

De conuerſione ad miſſam facienda .

Ad miſſam predictus geſtus attenditur dum GLORIA IN EXCELSIS inchoatur quouſque chorus cantet · et in eodem impno ad hec verba ADORAMUS TE et ad hec verba SUSCIPE DEPRECATIONEM NOSTRAM et in fine eiuſdem cum dicitur JESU CHRISTE vſque ad epiſtolam vel lectionem · in fine gradalis vel ALLELUIA vel tractus vel ſequentie vel proſe chorus ad altare ſe inclinet antequam ad lectorem euangelij [ſe vertat] · Ita quod ad GLORIA TIBI DOMINE ſemper ad altare chorus conuertat ſigno crucis ſe ſignans quod ter ad miſſam obſeruatur publice ſcilicet ad GLORIA IN EXCELSIS cum dicitur IN GLORIA DEI PATRIS et hic cum dicitur GLORIA TIBI DOMINE et poſt SANCTUS cum dicitur BENEDICTUS QUI VENIT IN NOMINE DOMINI · Item ad inceptionem CREDO IN VNUM DEUM ſtet chorus conuerſus quouſque ipſe chorus cantet et interim ter in vna conuerſione ad altare ſe inclinet ſcilicet cum dicitur hec clauſula ET INCARNATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA VIRGINE · ſecundo ET HOMO FACTUS EST CRUCIFIXUS ETIAM SUB PONTIO PILATO · Et in fine cum dicitur ET VITAM VENTURI SECULI AMEN quouſque inchoetur offertorium et poſt offertorium quouſque totum compleatur officium ·

Reſponſio facienda per chorum de verſiculis ·

Et eſt notandum dum puer cantat neuman verſiculi chorus reſpondeat priuatim et hoc generaliter obſeruetur ad matutinas veſperas et ad completorium et etiam ad matutinas ad ſingulos nocturnos et poſt ympnum in laudibus per totum annum niſi in tribus proximis feriis ante paſcha et in ſeruicio mortuorum · ita quod in tempore paſchali reſpondeat chorus cum ALLELUIA et ſub ſilentio · Sacerdos completurus officium ad completorium dicat CONFITEOR priuatim vt vix a clero audiatur · hoc modo · reſpiciens

ad altare CONFITEOR DEO BEATE MARIE OMNIBUS SANCTIS · conuerſus ad chorum ET VOBIS PECCAUI NIMIS COGITATIONE LOCUTIONE ET OPERE MEA CULPA · dein aſpiciens ad altare PRECOR SANCTAM MARIAM OMNES SANCTOS ET SANCTAS DEI · deinde aſpiciens chorum · ET VOS ORARE PRO ME · chorus reſpondeat ad eum conuerſus MISEREATUR VESTRI OMNIPOTENS DEUS *etc* · Poſtea primo ad altare conuerſus dicat CONFITEOR deinde ad ſacerdotem conuerſus vt prius ſacerdos ſe habuit · Deinde dicat ſacerdos ad chorum conuerſus MISEREATUR VESTRI OMNIPOTENS DEUS *etc* · ABSOLUTIONEM ET REMISSIONEM *etc* · Quibus dictis expleantur preces more ſolito DEUS TU CONUERSUS VIUIFICABIS NOS *etc* ·

De officio rectorum chori ad veſperas et matutinas miſſam et ad alias horas ·

IN SIMPLICIBUS feſtis cum regimine chori et in dominicis principalis rector chori ab initio ad veſperas antiphonam ſuper pſalmos et pſalmorum intonationem et differentiam a cantore querat · Et in ſecundo gradu debent incipi hoc queſito illud iuxta cantoris inceptionem ſi plures antiphone fuerint ſuper pſalmos ſecundam antiphonam et quartam ſecundarius rector eodem ordine eodemque grauamine querat et iniungat · Si vero reſponſorium ſit ad veſperas cantandum tunc principalis rector poſt inchoationem quarti pſalmi reſponſorium a cantore inquirat et a quo vel a quibus ſit cantandum · Si a duobus ſit cantandum tunc principalis rector ſecundario reſponſorium ſignificet et a quo ſit cantandum ex ſua parte cui ipſe voluerit illud iniungat · deinde idem rector ympnum verſum et antiphonam ſuper MAGNIFICAT et MEMORIAS et EARUM a cantore querat · hiis omnibus queſitis ipſemet ympnum inchoet · verſus ſi a duobus ſit dicendus per ſe et ſecundarium duobus pueris ex duabus chori partibus iniungatur · ſi autem ab vno ſolo per ſe tantum · deinde antiphonam ſuper MAGNIFICAT iniungat et pſalmum ipſum intonet dum dicitur oratio BENEDICAMUS cui voluerit iniungat · Et ſi duplex feſtum fuerit ſecundarius ex parte ſua iniungat MEMORIAS

ſimul ipſi cantores incipiant · vltimum vero BENEDICAMUS ſecundarius ex parte ſua iniungat · et ſi duplex feſtum fuerit vterque · Sciendum eſt autem quod ad vtraſque veſperas et ad matutinas et ad miſſam tantum regitur chorus quandocunque regendus eſt · ad completorium officium principalis rectoris eſt iniungere verſiculum et antiphonam ſuper NUNC DIMITTIS cui voluerit · In quadrageſima vero antiphona MEDIA VITE et antiphona O REX GLORIOSE repetitur poſt pſalmum NUNC DIMITTIS · Querantur verſiculi a cantore ſcilicet in ſimplicibus feſtis a duobus rectoribus chori pariter · In duplicibus feſtis a duobus rectoribus principalibus .

Ad Matutinas officium principalis rectoris eſt in primis inuitatorium a cantore querere et cantum pſalmi VENITE deinde inuitatorium cum ſuo ſocio incipiat et pſalmum ipſum ſimul cantent poſtea principalis rector querat a rectore ympnum et primam antiphonam ſuper pſalmos deinde verſus ſuo loco et primam antiphonam ſuper laudes et cetera omnia vt ſupra notatum eſt ad veſperas ſunt exequenda ·

Ad Primam officium principalis rectoris eſt antiphonam ſuper pſalmum cuicunque vult iniungere et reſponſorium JESU CHRISTE cui voluerit ·

Ad Miſſam officium principalis rectoris eſt a cantore imprimis officium querere deinde ſocio ſuo illud intimare poſtea illud ſimul incipiant et pſalmum intonent et GLORIA PATRI incipiant · deinde KYRIE eodem modo queratur et intimetur et incipiatur deinde ſequentia offertorium AGNUS et communio predicto modo querantur intimentur et incipiantur ·

Preterea IN PROFESTIS DIEBUS per totam ebdomadam eiuſdem eſt officium ad veſperas verſus et antiphonam ſuper pſalmum MAGNIFICAT querere et iniungere et BENEDICAMUS iniungere ad completorium vt ſupra · Ad matutinas in profeſtis diebus inuitatorium querere et iniungere verſus et antiphonam ſuper pſalmum BENEDICTUS querere et iniungere et BENEDICAMUS iniungere · Ad primam JESU CHRISTE reſponſorium iniungere ·

In Duplicibus Festis omnes quatuor rectores simul totum inuitatorium cantent antequam a choro repetatur et totum psalmum venite simul cantent · deinde principalis rector et suus collateralis simul ympnum incipiant et psalmos intonent · et secundarius cum sua collaterali ex parte sua eodem modo se gerat preterea ipsi collaterales versiculos et benedicamus iniungant ·

Ad Primam collateralis ex parte chori responsorium Jesu Christe iniungat ·

Ad Missam vero principalis rector gloria in excelsis a cantore querat et sacerdoti iniungat cetera autem omnia sicut in simplicibus de duobus dictum est exequantur · Preterea sciendum est quod si aliquis rectorum chori in simplicibus festis in tabula scribitur ad cantandum solus cappam sericam interim non deponat si autem cum aliquo cantauerit in habitu se illi conformet · preterea si ad legendum scribitur habitum legentium extra chorum assumat ·

De alternatione chori per septimanas ecclesie Abbirdonensis ·

Alternis enim vicibus per septimanas esse debet chorus scilicet vna septimana ex parte decani et alia ex parte cantoris · In omnibus tamen festis duplicibus semper debet esse chorus ex parte decani per totum annum si fuerit ibi personaliter presens quod diuinum officium in illis festis exequatur nisi in ebdomada natiuitatis domini pasche et penthecostes tunc enim in illis festis continuis duplicibus singulis diebus chorus mutatur · In quibusdam tamen temporibus anni non per septimanas sed per singulos dies chorus mutatur scilicet a die dominica proxima ante natiuitatem quando in sabbato proximo precedente chorus vterque perficitur vsque ad octauas epiphanie si in dominica euenerit · Si autem in aliqua media feria contigerit tunc ad proximam dominicam sequentem obseruabitur · si enim in proximo Sabbato ante natiuitatem non fuerit vicissitudo vtrivsque chori pariter completa tunc a die natiuitatis Domini vsque ad predictum terminum singulis diebus

chorus mutatur · Item a cena domini vſque ad octauas paſche variatur chorus per ſingulos dies rectores tamen ebdomadarij ante diem non mutantur · a die autem paſche vſque ad octauas eiuſdem ſingulis diebus variantur · Simili quoque modo obſeruatur in ebdomada penthecoſtes vſque ad diem ſancte trinitatis ·

De diuiſione feſtorum eccleſie Aberdonenſis ·

Feſta principalia ·

. . . . . .

. . . . . .

Hec ſunt vtenſilia dimittenda a predeceſſore ſucceſſori ſuo in eccleſia Aberdonenſi rite et canonice intranti et omnibus beneficiatis per eandem ·

In primis in aula debet dimittere vnam tabulam ſufficientem cum triſtellis · vnam peluem cum lauacro · vnam mappam cum manutergio · vnum coclear argenteum · ciphum cum coopertorio ·
In camera vnum *le couche* · coopertorium lecti cum capite correſpondente · vnum par lintheaminum et duos lodices ·
In coquina vnam ollam eream · vnam patellam ſufficientem · vnum mortarium cum peſtello · vnam cathenam que dicitur *Ketilcruke* · parapſidem · diſcum · dublar · et ſavſar · et vnum veru cum lavndyrne ·
In braſina vnum plumbum cum cuppa que dicitur *Maſſate* vel caldarium · et algeam que dicitur *le trovch* · *a gyle fat* · *a ſa* · *a barell* ·
Et hec vtenſilia apprecianda ſunt ſecundum valorem beneficij videlicet de qualibet libra ſolidum premiſſis deficientibus ·

Confirmatio Thome epiſcopi ſuper communibus eccleſſijs ·

Vniuerſis ſancte matris eccleſie filijs ad quorum noticias preſentes littere peruenerint Thomas Dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus

Abbirdonenſis ſalutem in omnium ſaluatore · Quia omnes et ſingulas donationes vniones incorporationes et annexationes eccleſiarum communium videlicet de Fordiſſ cum capellis de Rathin de Logy in Buchania de Logy in Marr de Kyndromy de Cloueth et Tunmeth cum pertinencijs ad menſam capitularem canonicorum eccleſie noſtre reſidentium ibidem Deo et beate Marie ac omnibus ſanctis ſeruientium et imperpetuum ſeruiturorum factas et conceſſas auctoritate apoſtolica et etiam per quondam bone memorie reges Scotie comites de Marr et predeceſſores noſtros epiſcopos eccleſie Abbirdonenſis prelibate ad plenum perlegimus et inſpeximus maturaque deliberatione prehabita cum viris peritis eas omnes et ſingulas donationes vniones incorporationes et annexationes preſcriptarum eccleſiarum communium omnium et ſingularum cum pertinencijs in omnibus ſuis punctis et articulis dicte menſe capitulari pro nobis et ſucceſſoribus noſtris auctoritate noſtra ordinaria imperpetuum ratificamus approbamus et confirmamus iuxta et ſecundum tenores earundem · promittentes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris in verbo pontificali contra donationes vniones incorporationes et annexationes prenominatarum eccleſiarum nuncquam contrauenire aut facere publice vel occulte directe vel indirecte quouis queſito colore aut ingenio ſeu eos vel eorum ſucceſſores deſuper vexare aut inquietare ſed eas prout ad nos ex officio noſtro paſtorali ſpectare dinoſcitur in omnibus ſuis punctis et articulis forma pariter et effectu manutenere et defendere · Et hoc omnibus quorum intereſt vel intereſſe poterit notum facimus per preſentes quibus in premiſſorum teſtimonium atque fidem ſigillum noſtrum apponi iuſſimus et fecimus · Apud eccleſiam noſtram cathedralem tertio die menſis Februarij anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo ·

Promiſſio epiſcopi ſuper eiſdem ·

Et nos Thomas epiſcopus Abbirdonenſis promittimus in verbo pontificali quod pro ratificatione approbatione et confirmatione

eccleſiarum communium videlicet de Fordyſſ cum capellis de Rathin de Logy in Buchania de Logy in Marr de Kyndromy de Cloueth et Tunmeth cum pertinencijs menſe capitulari canonicorum eccleſie noſtre et ibidem reſidentium Deo et beate Marie ac omnibus ſanctis ſeruientium et imperpetuum ſeruiturorum per nos auctoritate noſtra ordinaria factis et auctoritate apoſtolica fiendis ſupplicabimus et inſtabimus totis viribus domino noſtro pape ſecundum quod videbitur decano et capitulo eccleſie noſtre antedicte expedire abſque fraude vel dolo · In cuius teſtimonium huic ſedule ſigillum noſtrum affigi iuſſimus et fecimus apud Abberdon vna cum ſubſcriptione noſtra manuali tertio die menſis Februarij anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo ·

Declaratio epiſcopi ſuper eiſdem et confirmationibus teſtamentorum ·

Vniuerſis ſancte matris eccleſie filijs ad quorum noticias preſentes littere peruenerint Thomas Dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Aberdonenſis ſalutem in omnium ſaluatore · Quia in congregatione generali canonicorum eccleſie noſtre Aberdonenſis propter hoc et alia ardua noſtram eccleſiam concernentia celebrata omnes et ſingulas donationes vniones incorporationes et annexiones eccleſiarum communium de Fordyſſ cum capellis de Rathin de Logy in Buchania de Logy in Mar de Kyndrome de Cloueth et Tunmeth cum pertinencijs ad menſam capitularem canonicorum eccleſie noſtre reſidentium ibidem Deo et beate Marie virgini ac omnibus ſanctis ſeruientium et imperpetuum ſeruiturorum factas et conceſſas auctoritate apoſtolica et etiam per quondam preclare memorie Reges Scotie Comites de Mar et predeceſſores noſtros epiſcopos eccleſie Aberdonenſis prelibate ad plenum perlegimus et inſpeximus maturaque deliberatione prehabita cum iuriſperitis eas omnes et ſingulas donationes vniones incorporationes et annexiones omnium et ſingularum eccleſiarum communium pre-

ſcriptarum in omnibus ſuis punctis et articulis dicte menſe capitulari pro nobis et ſucceſſoribus noſtris auctoritate noſtra ordinaria imperpetuum approbamus ratificamus et confirmamus iuxta et ſecundum tenores earundem · Inſuper pro nobis et ſucceſſoribus noſtris declaramus quod ab antiquo canonici dicte eccleſie noſtre de predictis eccleſijs communibus fuerunt immunes et liberi ab omni preſtatione ſubſidij et quarumcunque aliarum exactionum · et propterea concedimus quod tam de predictis eccleſijs communibus quam in futurum obtinendis ipſi canonici et eorum ſucceſſores ſint liberi a ſubſidio et quibuſcunque alijs exactionibus per nos aut noſtros ſucceſſores exigendis vel leuandis quocunque tempore in futurum · Inſuper quia in ſtatuto quondam bone memorie Petri predeceſſoris noſtri condito auctoritate apoſtolica vigore cuiuſdam bulle plumbee felicis recordationis Innocencij pape quarti cauetur *quod a canonicis vicarijs capellanis et clericis chori necnon et eorum mancipijs infra canoniam Aberdonenſem decedentibus nichil ratione mortuarij ab aliquo exigatur ſed tantum ſufficiant gratuite oblationes etc* · et quod prefati canonici et perſone ſuperius deſignati vigore huiuſmodi ſtatuti nichil predeceſſoribus noſtris pro confirmationibus teſtamentorum ſuorum perſoluerunt preterquam temporibus quondam Henrici et Ingerami predeceſſorum noſtrorum quibus de canonicorum reſidentium fauore et liberalitate ob magnam et notabilem fabricam eccleſie cathedralis tunc eminentem confirmacio huiuſmodi teſtamentorum fuit conceſſa cuius conceſſionis vigore temporibus ſuis dicta teſtamenta confirmarunt · et quia huiuſmodi teſtamenta per antea fuerant per decanum et capitulum eccleſie prelibate confirmata prout ſuper hijs ad plenum informamur licet poſtea ab aliquibus dubitabatur an per huiuſmodi verba in dicto ſtatuto contenta confirmacio teſtamentorum predictorum ad decanum et capitulum ſpectare debeat · Nos ob honorem omnipotentis Dei ampliationemque cultus diuini et in fauorem canonicorum dicte eccleſie noſtre reſidere volentium ibidem Deo ſeruientium et imperpetuum ſeruiturorum declaramus et inquantum opus eſt de nouo ſtatuimus et concedimus de vnanimi

et concordi aſſenſu et conſenſu canonicorum noſtrorum in dicta congregatione generali intereſſentium ac ordinamus confirmationes teſtamentorum omnium et ſingulorum canonicorum dicte eccleſie tam in dignitatibus conſtitutorum quam aliorum pro tempore in dicta canonia reſidentium Deo ſeruientium et ſeruiturorum necnon et omnium illorum canonicorum eiuſdem eccleſie qui ibidem reſidentiam inchoauerint licet reſidentiam non compleuerint vbicunque eos mori contingat pro anno quo reſidentiam inchoauerint aut compleuerint necnon vicariorum capellanorum et clericorum qui ad diuinum officium diurnum pariter et nocturnum in choro dicte eccleſie fuerint aſtricti et obligati dummodo dicti vicarij chori et clerici non ſint beneficiati ad exitum ac etiam mancipiorum in ſeruicijs dictorum canonicorum actualiter inſiſtentium ad decanum et capitulum eccleſie noſtre pro tempore exiſtentes et in abſencia decani ad maiorem preſedentem canonicum et capitulum ſpectare plenarie et pertinere et effectualiter per eoſdem confirmari debere ſine licencia noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum petenda vel obtinenda · et in decanum et capitulum et in abſencia decani in maiorem preſedentem et capitulum vt premiſſum eſt cum plenaria poteſtate monendi ſuſpendendi excommunicandi et interdicendi necnon perſonas ipſas ſic excommunicatas ſuſpenſas aut interdictas in forma eccleſie abſoluendi et relaxandi tranſferimus et pro nobis et ſucceſſoribus noſtris per preſentes plene comittimus vices noſtras et omnimodam poteſtatem circa confirmationes huiuſmodi teſtamentorum et circa omnia et ſingula in teſtamentis contenta et dependentia ex eiſdem necnon et circa annatas ſeu annalia quorumcunque beneficiorum ad ipſos canonicos ſic decedentes vel eorum executores ſpectantia vbicumque infra noſtram dioceſem Aberdonenſem ac etiam ad compellendum executores confirmatos iuxta exigentiam temporis per cenſuram eccleſie ad reddendum compotum de adminiſtratione bonorum et eos cum tempus exigerit exonerandum et quitclamandum pro quorum quidem teſtamentorum confirmationibus executores tenentur ſoluere decano et capitulo et in decani abſencia maiori preſedenti et capitulo duos ſolidos in vſus

ornamentorum eccleſie conuertendos iuxta ordinationem capituli et clerico capituli pro ſuo labore duodecim denarios et nichil amplius per quemcunque exigetur ſeu recipietur etiam ſi ſit gratis oblatum · nec ipſi decanus et capitulum aut eorum ſucceſſores aliquid exinde exigent ſeu recipient in futurum vltra ſummam ſuperius taxatam ſub pena excommunicationis maioris ſentencie late ſingulariter in ſingulos a qua nequeant preterquam a Romano pontifice abſolui niſi ſatiſfactione premiſſa et in mortis articulo dumtaxat · et nichilominus concedimus ſi contingat aliquem vel aliquos de ſuperius expreſſatis perſonis inteſtatos decedere quod abſit quod ex tunc infra viginti dierum ſpatium duo de conſanguineis ſeu amicis decedentis elegant duas perſonas aut vnam ad minus quas vel quam preſentare tenebuntur decano et capitulo et in decani abſencia maiori preſedenti et capitulo vnacum inuentario bonorum defuncti quas perſonas aut perſonam ſine contradictione ſeu dilatione confirmare tenebuntur ſoluendo pro confirmatione prout ſuperius eſt expreſſum et nichil amplius exigent confirmatores quocunque titulo colorato ſub pena excommunicationis maioris ſentencie late in contrarium facientes et a qua non poſſunt abſolui niſi vt premiſſum eſt · promittentes pro nobis et noſtris ſucceſſoribus in verbo pontificali contra premiſſa ſeu aliquod premiſſorum nuncquam contrauenire aut facere publice vel occulte directe vel indirecte quouiſqueſito colore aut ingenio ſeu eos aut eorum ſucceſſores deſuper vexare aut inquietare ſed ea omnia et ſingula prout ad nos ex officio noſtro paſtorali ſpectare dinoſcitur in omnibus ſuis punctis et articulis forma pariter et effectu manutenere et defendere · et hoc omnibus quorum intereſt vel intereſſe poterit notum facimus per preſentes quibus in premiſſorum teſtimonium atque fidem ſigillum noſtrum auctenticum vnacum ſigillo communi capituli noſtri cum ſubſcriptione canonicorum tunc preſentium apponi iuſſimus et fecimus apud eccleſiam noſtram cathedralem decimo nono die menſis Marcij anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo in congregatione noſtra generali canonicorum eccleſie noſtre antedicte ·

Subſcriptio Epiſcopi ·

Nos Thomas epiſcopus Aberdonenſis ſupraſcripta ſtatuta et conceſſiones laudamus approbamus et ratificamus ſecundum omnem formam et continentiam eorumdem manu propria etc ·

Subſcriptio Notarij ·

Et Ego Thomas Ettale preſbiter Aberdonenſis etc ·

Subſcriptio canonicorum ·

Ego Ricardus Forbes decanus ſubſcribo ·
Et Ego Duncanus Lychtone cancellarius ſubſcribo ·
Et Ego Andreas Lyell theſaurarius ſubſcribo ·
Et Ego Laurentius Pyot archidiaconus ſubſcribo ·
Et Ego Thomas Eddenaym prebendarius ſubſcribo ·
Et Ego Alexander Wauſſ prebendarius de Murthle ſubſcribo ·
Et Ego Farchardus de Caldor prebendarius de Crechmont ſubſcribo ·
Et Ego Walterus Foularton prebendarius de Codilſtan ſubſcribo ·
Et Ego Alexander Lyndeſay prebendarius de Balhelui ſubſcribo ·

De ſuſpenſione Dauid Prowdi ·

Acta viceſimo die Julij anno [MCCCC] lxij coram magiſtro Richardo de Forbes decano Aberdonenſi ac vicario generali reuerendi patris domini Thome epiſcopi Aberdonenſis pro tribunali ſedente in domo capitulari Aberdonſi ·

Ego Laurencius Pyot archdiaconus Aberdonenſis fateor et recognoſco literas monitorias per me directas contra dominum Dauit Prowdi rectorem de Tyr et nunc deſeruientem in choro eccleſie cathedralis Aberdonenſis ſub penis ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie et ſuſpenſionis ad minus ſentencie late et omnia inde ſecuta necnon et ſuſpenſionem factam et inſcriptam promulgatam de et ſuper domino Thoma Brown vicario de Prameth fore et eſſe nulla nulliuſque roboris vel momenti ex certis cauſis per domi-

nos decanum Aberdonenſem et vicarium generalem ſupraſcriptum ac alios dominos canonicos tunc preſentes conſideratis et mature diſcuſſis preſentibus ipſo domino decano cancellario prebendariis de Murthlaw Clat Der Creichmont Codilſtane Monymowſk et a me Thoma Ettale notario publico ſcriptore premiſſorum dominus decanus cepit inſtrumentum · Item eodem die dictus dominus vicarius generalis ad inſtantiam dicti archidiaconi ſententiam ſuſpenſionis latam in perſonam magiſtri Johannis Roch propter executionem dictarum litterarum prefati archidiaconi relaxauit in preſentia dictorum teſtium ·

Constitutiones Willelmi Episcopi ·

Acta ſeptimo die Maii anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto Quo die reuerendus in Chriſto pater ac dominus Willelmus dei et apoſtolice ſedis gratia Abirdonenſis epiſcopus in domo capitulari eccleſie ſue cathedralis Abirdonenſis preſedens et pro tribunali ſedens eiuſdem capituli canonicis ibidem ad infraſcripta exequenda capitulariter congregatis matura deliberatione tractu conſilio et auiſiamento prius habitis et conſideratis expreſſoque conſenſu et aſſenſu dicti capituli et canonicorum eiuſdem · Conſiderans variam et inutilem ac multiplicem ſingulis annis inuocationem varioſque labores difficultates contentiones et iurgia per dictos canonicos iam diu facta et continuata de et ſuper diſtributione facultatis eorumdem canonicorum cupienſque ad predicta ſingula cedanda et extinguenda in futurum et ad decorem honeſtatem commoditatem et vtilitatem eccleſie ſue predicte pro pace quiete et concordia inter eoſdem canonicos · · · · precepit comparanda · Pro propertuo ſtatuit et ordinauit quod de cetero in futurum in choro eiuſdem eccleſie erunt viginti vicarii conuerſationum laudabilium et morum in cantu Gregoriano ad minus periti et docti continue reſidentes et ad ſingulas horas pro diuino ſeruicio miniſtrando iuxta antiquas et primeuas dicte eccleſie fundationes preſentes et

intereſcentes ex dicta facultate ſuſtentati et per dictum reuerendum patrem et ſuum capitulum admiſſi et inſtituti prout ex tunc eoſdem viginti vicarios annuli ſui digitis ſingulorum impoſitione inſtituit et admiſit ſic videlicet quod in futurum non ſit licitum cuicumque eoſdem vicarios niſi depriuationis cauſa de iure expreſſa prout vixerint remouere ſeu depriuare · ſed tantum cedente vel decedente aliquo aut aliquibus predictorum alter aut plures in eorum locis et ad eaſdem ſeu eandem diſtributionem ſeu diſtributiones inſtitui debeant et imponi · Duoque diaconi duo ſubdiaconi duo accoliti vnus ſacriſta et vndecim pueri iuxta infraſcriptam ſuam in modo qui ſequitur diſtributionem collocari fecit · quam diſtributionem et partitionem dicte facultatis pro perpetuo inuiolabiliter obſeruandam precepit et ordinauit et ſeruandam indubitanter ſtatuit et decreuit · Monens omnes et ſingulos cuiuſcumque conditionis ſtatus gradus aut eminencie exiſtant ne predictam ſuam ordinationem diſtributionem perpetuam et partitionem vt ſequitur quouiſqueſito colore contraire infringere aut contradicere quiſquam preſumat ſub pena excommunicationis maioris quam in contrarium facientem ipſo facto incurere voluit et vult per preſentes · Lecta et acta fuerunt hec infra eccleſiam et capitulum eiuſdem antedictam anno die menſe et loco prenotatis ·

Diſtributio et aſſignatio facultatis canonicorum inſignis eccleſie cathedralis Aberdonenſis acta et publicata in domo capitulari die Jouis ſeptimo die menſe Maij anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto ·

Canonicorum capituli Aberdonenſis quoad vicarios eorundem in choro facultas vt ſequitur ·

In primis de canonicatu et prebenda domini noſtri epiſcopi predicti anno quo ſupra . . vj lib. xiij ß. iiij đ.

De Decano . . . . x lib. xiij ß. iiij đ.
De Cantore . . . . vj lib.
De Cancellario . . . . vj lib. xiij ß. iiij đ.
De Thefaurario . . . . vj lib.
De Archidiacono . . . vj lib. xiij ß. iiij đ.

PREBENDARII.

De Balheluy . . . . vj lib.
De Murthlak . . . . v lib.
De Oyne . . . . v lib.
De Croudane . . . . v lib.
De Clat . . . . . iij lib. xiij ß. iiij đ.
De Banchory . . . . v lib.
De Deir . . . . . xlvj ß. viij đ.
De Crechmond . . . v lib.
De Lummey . . . . iiij lib.
De Abirdour . . . . v lib. xiij ß. iiij đ.
De Forbes . . . . iij lib. vj ß. viij đ.
De Elloun . . . . iij lib.
De Kincardin . . . . x lib. xiij ß. iiij đ.
De Innernouchty . . . v lib. vj ß. viij đ.
De Phillorthe . . . . iiij lib. xiij ß. iiij đ.
De Methlak . . . . v lib.
De Tullyneffill . . . iij lib. xiij ß. iiij đ.
De Dulmayok . . . liij ß. iiij đ.
De Turreff . . . . vj lib. xiij ß. iiij đ.
De Kynkell . . . . xvj lib.
De Coldftann . . . . iiij lib. xiij ß. iiij đ.
De Rothwen . . . . viij lib.
De Monymuſk . . . vj lib.

Summa facultatis canonicorum quo ad vicarios in choro ſuſtinendo $i^{c}iij^{xx}ix$ lib.

Capellanie in prefata eccleſia in dicta facultate quo ad diſtributionem in vicarios chori anno preſcripto ſequuntur ·

Fouerne	vj lib. xiij ß. iiij đ.
Kynneduard . . .	vj lib. xiij ß. iiij đ.
Alueth	vj lib. xiij ß. iiij đ.
Fyue	vj lib. xiij ß. iiij đ.
Ellone · . . .	viij lib.
Logymar	viij lib.
Kildrummy . . .	viij lib.
Fola ·	x lib.
Rectoria ſancti Petri . .	vj lib. xiij ß. iiij đ.
Capellania ſancti Petri .	viij lib.
Logy in Buchane . ·	v lib.
Auchtydonald . . .	iiij lib.
Capellania epiſcopi Alexandri	xlix ß.

Summa harum capellaniarum in prefata eccleſia que ex nunc veniunt in diſtributione . iiij^{xx} vj lib. xv ß. viij đ.

Summa totius tam canonicorum quam capellaniarum que ad preſens venit in diſtributione vicariorum chori et miniſtrorum eorundem . . . . . · ij^{c} lib. xvj ß. viij đ.

Eiuſdem facultatis infraſcriptis capellanis et miniſtris in dicta eccleſia vt ſequitur hoc modo pro perpetuo remanſuris de data qua ſupra · In primis

VIGINTI VICARIIS CHORI ·

1. Andreas Roſſ capellanus ad ſtallum domini noſtri et reuerendi in Chriſto patris ac domini domini Willelmus Abirdonenſis ·

De eodem . . vj lib. xiij ß. iiij d.
Et de Lummey . iij lib. vj ß. viij d. Summa x lib.

2. Magiſter Andreas Kintor ad ſtallum decani ·
De eodem . . . . . x lib.

3. Dominus Johannes Maliſonne ad ſtallum cantoris ·
De capellania Fola . . . . . x lib.

4. Willelmus Liell ad ſtallum cancellarij ·
De eodem . . . . . vj lib. xiij ß. iiij d.
Et de Tullyneſſill . . . . iij lib. vj ß. viij d.

5. Dominus Alexander Bawne ad ſtallum theſaurarij ·
De eodem . . . . . vj lib.
Et de capellania de Auchtydonald . . . iiij lib.

6. Magiſter Johannes Awell ad ſtallum archidiaconi ·
De eodem . . . . . vj lib. xiij ß. iiij d.
De Dulmaok . . . . . liij ß. iiij d.
De Decano . . . . . xiij ß. iiij d.

7. Dominus Thomas Harrowar ad ſtallum de Balheluy ·
De eodem . . . . . vj lib.
Et de Coldſtane . . . . . iiij lib.

8. Dominus Andreas Ettall ad ſtallum de Murthlak ·
De eodem . . . . . xl ß.
Et de capellania Logymar . . . . viij lib.

9. Dominus Johannes Kynynmond ad ſtallum de Oyne ·
De eodem . . . . . xl ß.
Et de capellania ſancti Petri . . . . viij lib.

10. Magiſter Andreas Patirſone ad ſtallum de Clat ·
De eodem . . . . . iij lib. vj ß. viij d.
Et de capellania de Kynneduard . vj lib. xiij ß. iiij d.

11. Dominus Henricus Makwilliam ad ſtallum de Croudan ·
De eodem . . . . . v lib.
Et de capellania Logybuchan . . . v lib.

12. Dominus Johannes Fenton ad ſtallum de Banchory ·
De eodem . . . . . iij lib. vj ß. viij d.
Et de rectoria ſancti Petri . . . vj lib. xiij ß. iiij d.

13. Dominus Johannes Moreſone ad ſtallum de Forbes ·
De eodem . . . . . iij lib. vj ß. viij đ.
Et de capellania de Forverne . . vj lib. xiij ß. iiij đ.
14. Dominus Willelmus Forſyth ad ſtallum de Kincardin ·
De eodem . . . . . x lib.
15. Arthurus Boiff ad ſtallum de Kinkell ·
De eodem . . . . . x lib.
16. Dominus Johannes Murray ad ſtallum de Phillorth ·
De eodem . . . . . iiij lib. xiij ß. iiij đ.
De Crechmond . . . . . v lib.
Idem de Tulyneffill . . . . . vj ß. viij đ.
17. Dominus Alexander Rauff ad ſtallum de Abirdour ·
De eodem . . . . . xl ß.
Et de capellania de Kildrummy . . . viij lib.
18. Magiſter Willelmus Boiff ad ſtallum de Deir ·
De eodem . . . . . xlvj ß. viij đ.
De capellania Alueth . . . vj lib. xiij ß. iiij đ.
De Aberdour . . . . . xx ß.
19. Dominus Johannes Litſtar ad ſtallum de Monimuſk ·
De eodem . . . . . iij lib. vj ß. viij đ.
Et de capellania de Fyvy . . . vj lib. xiij ß. iiij đ.
20. Domino de capellania Ellon . viij lib.
De capellania epiſcopi Alexandri . . . xl ß.

Summa predictis viginti vicariis ij^{c}. · Et ſic reſtat lv lib. xv ß. viij đ. de qua ſumma · · · et diuiditur ſic ·

Duobus Diaconis ·

1. Gabrieli Kyd de Innernochty . . . . . xl ß.
De Kynkell . . . . . vj lib.
2. Stephano Strathachin de Rothuen . . . . viij lib.
Summa huius . . xvj lib.

Reſtat de vnoquoque iſtorum iiij lib. donec promoveatur ad ordinem diaconatus ·

Duobus Subdiaconis ·

Domino Willelmo Biſſet de Turreff . .	vj lib. xiij ß. iiij đ.
Domino Dauid Strathachin de Methlik . . .	v lib.
De Aberdoure	xxxiij ß. iiij đ.
Summa huius . .	xiij lib. vj ß. viij đ.

Duobus Accolitis ·

Johanni Vrquhart de Innernochty . .	iij lib. vj ß. viij đ.
De Lummey	xiij ß. iiij đ.
Roberto Maliſone de Ellone	iij lib.
De Aberdoure	xx ß.
Summa . . .	viij lib.

Summa huius diſtributionis diaconis ſubdiaconis et accolitis xxxvij lib. vj ß. viij đ. · Et reſtat xviij lib. ix ß. de qua ſumma diſtribuitur ad le Mydlettroun ·

Ly Mydlettroun ·

1. Domino Johanni Maliſone magiſtro ſcole muſices de Cantore	vj lib.
2. Domino Johanni Litſter de Monimuſk .	xxvj ß. viij đ.
3. Domino Alexandro Bawne ſimiliter de Monimuſk	xxvj ß. viij đ.
4. Magiſtro Johanni Awell de Oyne . .	xxvj ß. viij đ.
5. Domino Johanni Fentoun de Banchory .	xxvj ß. viij đ.

6. Domino Andree Roſſ de Oyne ſimiliter . xxvj ß. viij đ.
7. Magiſtro Arthuro Boiſſ de Murthlak . xxvj ß. viij đ.
Summa huius . . . . xiiij lib.

Et ſic reſtat tantum iiij lib. ix ß. de prebendariis infraſcriptis videlicet ·

De Murchtlak . . . . . xxxiij ß. iiij đ.
De Kincardin . . . . . xiij ß. iiij đ.
De Oyne . . . . . vj ß. viij đ.
De Banchory . . . . . vj ß. viij đ.
De Clat . . . . . vj ß viij đ.
De Coldſtan . . . . . xiij ß. iiij đ.
De capellania epiſcopi Alexandri . ix ß.

Reſtat facultatis anni quingenteſimi ſexti vnacum reſta duorum diaconorum ſingulis annis vt ſupra . . viij lib.

Facultas eiuſdem eccleſie que ad diſtributionem domini noſtri epiſcopi et ſui capituli non ſolet pertinere quia ad reſidenciam in choro faciendam capellani eiuſdem aſtringuntur iuxta eorundem fundationes ·

In primis · Capellania Weſthall quam habet magiſter Willelmus Rolland extendens ad xiij lib. vj ß. viij đ. qui horis maioribus intereſſe debet et de communia · · · · participare ·
Vicarius ſancti Mauricij ſecundum ſuam fundationem ·
Clericus perrochialis eiuſdem dominicis et feſtis proceſſione intereſſe debet ·
Capellania de Galchol quam habet magiſter Jacobus Lindeſay extendens ad vj lib. xiij ß. iiij đ. [de facultate chori et non reſidet ·]
Capellania Murfie quam habet magiſter Walterus Skall . vj lib. viij ß. iiij đ. iuxta fundationem reſidere tenetur et non reſidet ·
Capellania magiſtri Johannis Clat quam habet magiſter Johannes Cuming extendens ad vij lib. vj ß. viij đ. [et non reſidet ·]

Capellania eiuſdem magiſtri Johannis quam habet magiſter Dauid Menges extendens ad vij lib. vj ß. viij d. [et non reſidet ·]
Item xxvj ß. viij d. empti per Henricum epiſcopum Aberdonenſem a Couentre ·

Summa huius facultatis extra diſtributionem de preſente xlij lib. xiij ß. iiij d.

Summa totius facultatis in diſtributione communi et extra diſtributionem ij^{c}iiij^{xx}xviij lib. ix ß.

De communia capituli ſuſtentati ſingulis annis vt ſequitur cum quatuor libris de decano eiuſdem capituli extendente in ſumma ad viginti ſex libras diſtribuendas ſingulis annis ſacriſte et vndecim pueris quamdiu fuerint in voce puerili · et poſtquam illas voces amiſerunt licitum erit predicto capitulo eoſdem remouere totiens quotiens opus fuerit et alios in eorundem locis imponere et inſtituere ·

In primis ſacriſte qui et bedellus eſſe debet de decano iiij lib.
Et de communia capituli . . . vj lib.
Summa x lib.
Qui habebit pro pulſatione campanarum cuilibet de mortuis ij ß.
Et nichil amplius neque minus ·

Summa totius facultatis predicte eccleſie preſbiterorum diaconorum ſubdiaconorum accolitorum Mydlettroun in diſtributione et extra diſtributionem reſidentium et non reſidentium ſacriſte et puerorum de communia preter vicarium ſancti Mauricij et ſuum clericum parrochialem iij^{c}xxiiij lib. ix ß.

Conſtitutiones reuerendi patris Willelmi Elphinſtoun Abberdonenſis epiſcopi edite in capitulo ſuo generali tento ibidem ſeptimo menſis Maij anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto de communi conſenſu decani et canonicorum dicti capituli ſui ad infraſcriptum exequendum ſpecialiter congregatorum vocatis, vocandis et intereſſe habentibus ad honorem et laudem Dei ſequuntur ·

In primis ſtatuit et ordinauit inherendo conſtitutionibus predeceſſorum ſuorum abſque innouatione earundem pro augmentatione cultus diuini in dicta eccleſia et pro cedanda et extinguenda lite ſeu controuerſia alias iamdiu ſingulis annis continuata inter nonnullos dicti capituli ſui canonicos de et ſuper locatione et conductione vicariorum chori eiuſdem eccleſie · Quod de cetero in dicta ſua eccleſia ſint viginti vicarij chori in ſacerdotio conſtituti in cantu Gregoriano ad minus inſtructi diuinis officiis quotidie in eadem mancipati · duo diaconi · duo ſubdiaconi · duo accoliti · ſex pueri cum ſacriſta · qui ſingulis horis ſecundum tenorem conſtitutionum alias per ſuos predeceſſores editarum in habitibus ſuis honeſtis iuxta temporis exigentiam choro intereſſe debent ſub pena in eiſdem ſtatutis contenta · Item vt dicti vicarij ſiue perpetui ſiue conducticij fuerint eo liberius contemplationi et diuinis officiis vt ſuperius relatum eſt intendere valeant · ſtatuit et ordinauit quod quilibet vicarius decim libras ad minus pro ſuo ſalario de facultate canonicorum capituli ſui antedicti vt ſuperius taxatum eſt ſingulis annis perciperet vna cum communia ſolita et conſueta ac habitu honeſto in introitu dictorum vicariorum · diaconus octo libras · ſubdiaconus ſex libras xiij ß. et iiij đ. accolitus quatuor libras · quilibet puerorum liij ß. iiij đ. · ſacriſta decim libras soluendas eiſdem ad quatuor anni terminos ſecundum tenorem locationis eorumdem ·

[Quem quidem numerum vicariorum reuerendus in Chriſto pater ac dominus dominus Gawinus Dunbar diuina miſeratione Abbirdonenſis epiſcopus ratificauit et approbauit et ſingulis dictis vicarijs

in augmentationem ſalarij antedicti de conſenſu decani et capituli ſui quadraginta ſolidos addidit iuxta formam diſtributionis per dictam ſuam paternitatem editam · Actum anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono ·]

Sequitur conſtitutio de officio ſacriſte eccleſie Abbirdonenſis per eundem dominum Willelmum Elphinſtone epiſcopum Abbirdonenſem predictum edita ·

In primis ſtatuit et ordinauit quod deinceps ſacriſta eccleſie cathedralis Abbirdonenſis ſit ſacerdos in ſacerdotio conſtitutus qui ſingulis diebus per annum tam in ferijs quam in feſtis interſit choro in habitu decenti tunica talari et ſuperpellicio cum aliis vicharijs chori dicte eccleſie perſonaliter in matutinis miſſa et veſperis ſummo altari et dicto choro interſit miniſtrando que fuerint congrua et neceſſaria prout feſta et tempora anni exigerint · Item quolibet die pulſabit campanas ſolito more in ferijs et feſtis per totum annum tam hyeme quam in eſtate videlicet ad matutinas hora quinta mane per quartam partem hore pulſando pro primo pulſu · pro ſecundo citra ſexte dimidietatem inchoando per illius ferme hore dimidietatem continuando · pro tertio vero in tactu ſexti horalogij ſimili duratione ſicut in primo pulſu · Qua hora ſexta cum bedello conueniant omnes vicarij chori ad matutinas cum habitibus ſuis temporibus ad hoc congruentibus et eaſdem in nomine domini incipiant et finiant · matutinis vero peractis pulſabit pro prima matutinarum equali duratione humili campana ſicuti primo pulſu matutinarum · deinde pro miſſa diue virginis Marie prima percantata prout alias fuerit conſuetum · deinde hora nouena miſſa diue virginis celebrata primum pulſum pro maiori miſſa intonabit per equales durationes et temporum diſcretiones ſicuti ad matutinas iamdudum tactum eſt hora decima terminando · Feſtis vero ſolennibus pro magnarum campanarum pulſatione vtetur in pulſando varijs pauſis et diſcretis prout

eidem expedire pro tempore videbitur non continue ſed interpellatim pulſando · maioribus autem campanis ſingulis diebus per annum quando canonici ſunt exequutores hora tertia poſt meridiem ad veſperas vicibus tribus iteratis non inequali tam primo ſecundo quam tertio pulſibus quam prius ad matutinas et miſſam · tertium hora quarta terminando · deinceps hora octaua cum tactu eiuſdem pulſum faciet humili campana ad vnius hore quartam partem perdurando pro animabus omnium fidelium defunctorum · Hunc modum in pulſatione campanarum per totum anni circulum generaliter obſeruabit tam in hyeme quam in eſtate faciendo ſemper differentiam inter feſta maiora minora et principalia nec non et dies feriatos · Pro prima vero miſſa quotidie nouies per tactum maioris campane intonabit ante miſſe inchoationem per quartam partem hore · Item gubernabit et reget horalogium et idem ſecundum curſum tam de die quam de nocte temperate et diſcrete cuſtodire debet · Item ſeruare et cuſtodire debet eccleſiam cathedralem tam de die quam de nocte et omnia veſtimenta altarium eiuſdem et ſignanter ſummi altaris et capituli libros chori ac omnia alia bona et res in dicta eccleſia exiſtentia vt decet · diuiniſque expletis veſtimenta decenter plicabit et in locis ad hoc ordinatis imponat · Item eccleſiam et chorum mundabit cum capitulari domo qualibet die ſabbati ab omni putredine pulueribus fecibus et immundis vndique per medium cancellos et altaria ita quod omnia in eccleſia Dei munda ſint et nitida · purgabitque feneſtras dicte eccleſie vndiquaque ab omni macula nec non parietes a pulueribus et arenarum telis aliiſque inhoneſtis quibuſcunque quinymmo et ymagines et ſolium ſancte crucis et hoc quater in anno · pauimentum autem quolibet die ſabbati cum aqua et ſcopis ab omni purgabit putredine · Item cimiterium ſeruabit ab ingreſſu animalium porcorum videlicet equorum et boum foſſis conſtructis vt decet · Item ſeruabit cimiterium ab ingreſſu mercantium ne in eccleſia aut cimiterio quocumque tempore fiant mercancie aut nundine tam in ferijs quam in feſtis et quarumcunque rerum comeſtibilium vel non comeſtibilium · Item ſeruabit eccle-

ſiam ab ingreſſu columbarum nodolorum coruorum et yrundinum tam in hyeme quam in eſtate · Item ſeruabit et mundabit ſtillicidia et aqueductus dicte eccleſie cathedralis tam per eccleſiam quam chorum et cancellos atque capitulum circumquaque omni tempore cum opus fuerit et ſignanter tempore hyemis atque turres occidentales eiuſdem deſtruetque vndique in parietibus et feneſtris gramina creſcentia ne illius occaſione aqua pluuialis in eiſdem ingrediatur · Item omni die mane per annum prouidebit eccleſie de aqua recenti cum opus fuerit pro miſſa aqua benedicta fonte baptiſtmali et lotione manuum in eccleſia miniſtrantium et celebrantium nec non de igne pro incenſu candelarum ſi libet et thuribilis cum opus fuerit magni altaris · Item ſeruabit lampadem continue tam de die quam de nocte ante venerabile ſacramentum ardentem et lucentem oleo et licio capituli . Item luminabit candelas vt decet ſuper et ante magnum altare et coram ymaginibus eiuſdem et in pendulis candelabris chori nec non lampades eneos per tempus yemis ad matutinas et veſperas in eccleſia et cancella pendentes iuxta et ſecundum qualitatem temporis · Item reparabit chorum et ſummum altare cum pannulis attrabacenſibus ſedem epiſcopalem tam in choro quam in capitulo in ferijs feſtis et aliis ſolemnitatibus ad hoc congruentibus et eoſdem pannulos feſtis et ſolemnitatibus peractis in eiſdem quibus fuerant locis reponat bene mundatos et plicatos nec non cappas et alia veſtimenta dicti chori · nec non diebus ſolemnibus tabernacula dicte eccleſie vbique aperire vbi opus fuerit claudere et aperire tam in quadrageſima quam extra · Item ſingulis diebus ferialibus dominicis et feſtiuis ſuperpellicio indutus precedere debet chorum in proceſſione quam ſituare debito ordine habet · virgam manu geſtam inſtar librorum ordinariorum dirigendo per eccleſiam aut cimiterium vbi opus fuerit · Tempore vero rogationum prouidebit ſibi pro portatore diaconis per dies proceſſionum eiuſdem vna cum vexillis nec non de appenſione velaminis ſigni indulgentiarum cum opus fuerit · candelabra autem enea tam ſuper magno altari quam ante in choro eiuſdem quam etiam per eccleſiam ſita et collocata nec non ambonem

euangelicum omnibus maioribus feſtis anni mundas nitidas et honeſtas ſeruabit · Prouidebit etiam ſibi de foliis arborum et palmis in dominicis palmarum vt moris eſt et in die penthecoſtes apud proceſſionem · Item induere debet ſummum altare bene et honeſte lintheaminibus honeſtis bene mundis et plicatis more tabularum regiarum abſque rugis et plicaturis ſed ſtricte et plane · Item lauare faciet ſeu abluere omnia veſtimenta ſummi altaris beate Marie virginis et ſancte Crucis tam lintheamina quam albas amictos et ſingulos ad minus ſexies in anno et vltra quando et vbi opus fuerit et hoc per honeſtam matronam aut virginem · Corporalia omnium altarium eccleſie per ſeipſum ſuperpellicio indutum ad minus bis in anno lauabit et mundabit · ablutiones vero eorundem aut ſaltem preuie in ſacrario reponantur · Item preparabit pulpitum in eccleſia aut choro cum predicantes affuerint ſeu cum opus fuerit nec non canonicis conſueta ſedilia aſportabit · Inſuper dictus ſacriſta obſeruabit et faciet omnia alia que ad prefatum ſpectent officium in eccleſia Abberdonenſi que de conſuetudine aut fundatione dinoſcuntur pertinere · Item obſeruabit ne calices aſportentur extra chorum per ſeculares ſeu garſiones laicos aut ſcolares quibuſcunque celebrandis in eccleſia · Item notabit in tabula vicarios chori non celebrantes priuatas miſſas qualibet ſeptimana iuxta et ſecundum tenorem fundationis eorundem · Item obſeruabit oſtia turrium occidentalium ab ingreſſu garſionum ad ſtillicidia eccleſie ne ad deſtruendum plumbum propugnaculorum eiuſdem ingrediantur · Item ſubiiciet ſe taxacioni defectuum vicariorum chori omni die ſabbati quemadmodum alij vicarij ſi in premiſſis aliquibus defecerit aut temporibus prenotatis ſe abſentauerit preſertim a miſſis matutinis veſperis aut campanarum pulſatione et hoc per ſubtractionem omni quarta parte anni ſalarij ſui per capitulum · Pro quibus omnibus et ſingulis exercendis percipiet annuatim a dominis de capitulo ſecundum diſtributionem ſummam decim librarum · Item pro pulſatione campanarum cuiuſlibet demortuj ij ß. Item pro pulſatione campanarum anniuerſariorum chori a vicarijs eiuſdem vj ß. viij d. Item pro ablucione veſtimentorum et corpo-

ralium capituli et noſtre domine vj ß. viij đ. Item pro ſtillicidiis ſeruandis vj ß. viij đ. Item pro detentione columbarum extra eccleſiam vj ß. viij đ. Item a quolibet canonico inſtitutionem recipiente in capitulo vj ß. viij đ. Item a quolibet canonico miſſam die ſolemni celebrante vj đ. Item pro purgandis et intendendis vaſis eneis eccleſie vj ß. viij đ. Item preter has ſummas percipiet communiam cum capellanis ipſo obſeruante premiſſa alias nequaquam admittatur neque ad dictum officium admittatur niſi prefata ſe obſeruaturum iurauerit et cautionem ſufficientem inuenerit ne bona eccleſie dilapidarentur ſur deteriorentur eius culpa aut quomodolibet deperdentur ·

CONSTITUTIONUM WILLELMI FINIS ·

De horis diuinis celebrandis ·

Statuimus ergo et ordinamus quod omnes ebdomadarij diaconi et ſubdiaconi et capellani noſtre domine capellani capitulares cantores et alij quicunque in dicta eccleſia ordinati conueniant in choro in habitibus ſuis citra finem pulſationis ſecunde campane et quod collocati ſint in ſtallis ſuis ante finem ſupradictum ſub pena cuiuſlibet in feſto maiori et principali de qualibet hora magna viij đ. et minori iiij đ. · In feſtis duplicibus et dominicis de qualibet hora magna iiij đ. et de minori ij đ. · Et de feſto ix lectionum ſeu feſto cum regimine chori pro qualibet hora magna ij đ. et pro minori j đ. et tantumdem pro matutinis et veſperis beate Marie · Et de diebus feriatis pro hora maiori ij đ. et minori tantumdem iuxta qualitatem temporis taxanda habito reſpectu ad quadrageſimam a quibus horis volumus tantumdem ſicuti a feſto duplici · Item omnes alij qui in choro intereſſe debent in aliquibus horis in matutinis ante finem pſalmi VENITE in miſſa ante vltimum KYRIEELEEISON in aliis vero horis ante finem primi pſalmi intereſſe debeant ſub pena prius taxata vt ſupra iuxta feſta · Item quod nullus predictorum recedat a choro ante finem hore niſi forte

neceſſitate cogetur et tunc petita et obtenta licentia a preſidente chori ſcilicet decano aut cantore et in abſentia eorum a canonico ſeniore intereſſente pro tunc et in abſentia canonici ab ebdomadario niſi forte in miſſa in quo caſu tunc a cantore chori ex parte illa in qua eſt ebdomadarius vt ſupra habita conſideratione ad feſta maiora minora et dies feriales · Item omnes intrantes et exeuntes chorum qui ibidem intereſſe tenentur inclinationes facient debitas primo altari ſecundo epiſcopo ſi preſens fuerit in cuius abſentia decano · Item quod diuine laudes [*etc. vt ſupra* pp. 62—4.]

Facultas eccleſie cathedralis Abbirdonenſis aucta et augmentata ſucceſſiue per reuerendos in Chriſto patres ac dominos Willelmum Elphinſton et Gawinum Dunbar quondam et de preſenti eccleſie Abbirdonenſis epiſcopos ad ſuſtentationem vicariorum chori eiuſdem eccleſie et aliorum in eadem miniſtrantium ad honorem Dei et beatiſſime intemerateque virginis genitricis eiuſdem ſequitur · Acta anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono .

Epiſcopus . . .	x lib.	Abbirdour .	vj lib. xiij ß. iv đ.
Decanus . . .	xvj lib.	Forbes . . .	iiij lib.
Cantor .	vj lib. xiij ß. iv đ.	Elloun . . .	iij lib.
Cancellarius . .	viij lib.	Kyncardyn .	xiij lib. xiij ß. iv đ.
Theſaurarius	vj lib. xiij ß. iv đ.	Innernochty	v lib. vj ß. viij đ.
Archidiaconus	ix lib. vj ß. viij đ.	Philorth . . .	v lib.
Balheluy . .	vj lib. xiij ß. iv đ.	Methlak .	vj lib. xiij ß. iv đ.
Murthlack	vj lib. xiij ß. iiij đ.	Tulineſle . . .	iv lib.
Oyne .	vj lib. xiij ß. iiij đ.	Dulmaok . .	liij ß. iv đ.
Innercroudan	vj lib. xiij ß. iiij đ.	Turreff . . .	xij lib.
Clate .	v lib. vj ß. viij đ.	Kynkell . . .	xvj lib.
Banquhory	vj lib. xiij ß. iiij đ.	Rothwen . . .	ix lib.
Deyr . .	xlvj ß. viij đ.	Coldſtane . . .	v lib.
Creithmonde . .	v lib.	Monymuſk . .	viij lib.
Lummey .	iv lib. vj ß. viij đ.		

Summa ij^{c}ix lib.

Capellanie vnite vicarijs chori eccleſie cathedralis Abbirdonenſis vltra facultatem predictam ·

Hoſpitale ſancti Petri de terris et decimis eiuſdem et de fructibus vicarie de Abbirdeyn duobus capellanis diſtributum xxvj lib. xiij ſ. iv đ.

Logy Buchan Logymar Kyldrummy ·
De fructibus dictarum eccleſiarum ex communia capituli xxxvj lib.

Fola de terris eiuſdem pro anima Ade Pingyll . . xij lib.

Fouern per abbatem de Deyr de fructibus eiuſdem eccleſie vj lib. xiij ſ. iv đ.

Kynedward per eundem abbatem de fructibus dicte eccleſie vj lib. xiij ſ. iv đ.

Alueth per abbatem de Cupro de fructibus eiuſdem eccleſie vj lib. xiij ſ. iv đ.

Fiwe per abbatem de Arbroth de fructibus vicarie eiuſdem eccleſie vj lib. xiij ſ. iv đ.

Aucthtydonald per dominum Mariſcallum de terris eiuſdem iiij lib.

Capellania epiſcopi Alexandri de quibuſdam annuis redditibus ville Abbirdonenſis vt in regiſtro eiuſdem latius continetur xl ſ. ix ſ.

Ellon per abbatem de Kynloſſ de fructibus eiuſdem eccleſie viij lib.

Summa j^{c}xij lib. xiij ſ. iv đ.

Communia puerorum ex communia capituli . . xvj lib.

Summa totalis iij^{c}xxxviij lib. xiij ſ. iv đ.

Capellanie chori pro nunc extra diſtributionem facultatis ·

Capellania de Veſthall fundata per dominum Ingeramum Lyndſay epiſcopum quondam Abbirdonenſem ſed aſtricta choro et maioribus horis eiuſdem intereſſe . . . . . xx lib.

Capellania de Galchol que alias fuit in facultate chori ſed pro nunc ad extra pro anima regis Dauid Scotorum pro qua capellanus eiuſdem nullam facit reſidentiam in choro vj lib. xiij ß. iv đ.

Capellania de Morfy extra chorum ſimiliter pro anima magiſtri Duncani Laurencij . . . . vj lib. xiij ß. iv đ.

Capellanie magiſtri Johannis Clat quondam canonici Abbirdonenſis ad altare beate Katrine virginis ad plenariam diſpoſitionem capituli que ſecundum fundationem continue debent intereſſe choro cum alijs vicarijs eiuſdem extendentes pro nunc ad xiij lib. vel circa ·

Due capellanie fundate per dominum Mareſcallum ad altare beatiſſime virginis Marie intra dictam eccleſiam cathedralem Abbirdonenſem que quidem nullam faciunt reſidentiam in choro neque extra chorum iuxta fundationem fundatam per Robertum de Keyth de terris de Kyntor et Skeinen ·

Capellania fundata per quondam magiſtrum Duncanum Scherare rectorem de Clatt nunc vnita collegio Abbirdonenſi diſtributa ſtudentibus in iure canonico ·

Capellania fundata per dominum epiſcopum Thomam Abyrdonenſem collegio Abbirdonenſi incorporata diſtributa ſtudentibus in iure cononico ·

Capellania fundata per quondam Alexandrum Cullane rectorem de Oyne ad altare beati Nicholai de Abbirdeyn · vij lib·

Capellania ·x· librarum annui redditus de terra de Murecroft cum pertinencijs per magiſtrum Alexandrum Cabell ad altare ſancti Diuinici fundata ·

CONSTITUTIONES WILLELMI ·

De recipiendis in canonicos atque de diſpenſationibus et aſſedationibus ·

Willelmus miſeratione diuina Aberdonenſis epiſcopus decanus et capitulum eiuſdem vniuerſis ſancte matris eccleſie filijs quos infraſcriptum tangit negotium ſeu quomodolibet tangere poterit in futurum in omnium ſaluatore ſalutem cum benedictione diuina · Cum poſtquam ex ſupreme maieſtatis diuina prouidentia cuius nutu cuncta que in celo et terris ſubſiſtunt diriguntur et gubernantur ad epiſcopalis dignitatis preeminentiam quanquam inſufficientibus meritis euocati ſumus Nos indies diligens cura ſolicitat quotidiana pulſat inſtantia et paſtoralis cure ſollicitudo non minima admodum perurget vt circa ſtatum eccleſie noſtre cuius prefecturam gerimus ſalubriter dirigendum efficacibus ſtudijs et totis noſtris conatibus animum accommodaremus vt per noſtre cooperationis miniſterium eidem eccleſie vnitatis tranquillitatis et pacis proueniat incrementum · Sane quia vt ex nonnullorum fidedignorum teſtimonijs accepimus et noſipſi experientia certa didicimus eo vana hucuſque prorupit pernicioſa temeritas ambitionis honoriſque et auaricie damnoſa cupiditas quod nonnulli non veritatis aut diuine contemplationis amore inducti ſed potius damnande ambitionis vicio et auaricie cecitate vt ſperatur inſiſtentes et inhiantes per priuata conuenticula ſupplicationes importunas preces et ſupplicationes occultas et publicas ceca forſan affectione et inequalibus meritis ſeſe in canonicos dicte noſtre eccleſie vt honores et lucra inde percipiant potius quam diuina ſeruicia in diuini cultus augmentationem debite perſoluant periculoſe creari et digniſſimo cetui collegij noſtri canonicorum eccleſie noſtre cathedralis Abirdonenſis damnabiliter aſcribi et annumerari quibus prebendas in dicta noſtra eccleſia nullatenus contingit annexari ſeu annexas haberi nimis animoſe procurant et medijs ſuis perſuadent contra eccleſie noſtre antedicte honorem et vtilitatem ac in eorum anima-

rum graue periculum vnde nonnulla ſcandala et incommoda grauia vt informamur ſunt ſecuta amplioraque ſequi vereſimiliter preſumuntur impoſterum niſi huic morbo celeri remedio ſuccurratur · Nos igitur de illo ſuper hiis remedio prouidere volentes et quantum cum deo poſſumus cupientes viam aduerſus talium improborum temeritatem et nequiciam precludere infuturum de communi conſenſu confratrum noſtrorum decani et capituli noſtri Aberdonenſis ad infraſcripta exequenda capitulariter congregati matura deliberatione tractatu et conſilio prehabitis pro nobis et ſucceſſoribus noſtris perpetuo decreto decernimus ſtatuimus et ordinamus quod de cetero et inantea nullus eccleſiaſticus aut ſecularis cuiuſcunque conditionis ſtatus gradus aut preeminentie extiterit infra eccleſiam noſtram cathedralem aut capitulum eiuſdem creetur aut recipiatur in canonicum ad communias cum alijs illius eccleſie canonicis et diſtributiones quotidianas percipiendas aut locum vel votum in capitulo ſeu ſtallum in choro optinere valet ſeu alias quouiſmodo admittatur inter ceteros eiuſdem eccleſie canonicos abſque prebenda dicto ſuo canonicatui infra eandem eccleſiam annexa niſi in ſacra theologia doctor cum effectu creatus aut in eadem facultate licentiatus fuerit ad annuntiandum et predicandum verbum dei populo Chriſtiano atque perſonalem reſidentiam in dicta noſtra eccleſia more trium dignitatum poſt decanum perſonaliter faciet · Volumus inſuper et pro perpetuo ſtatuto ſanximus quod nulle deinceps diſpenſationes relaxationes ſeu priuilegia contra fundationes et inſtitutiones canonicatuum prebendarum capellaniarum et aliorum officiorum in eccleſia noſtra antedicta ſuper quibus nos et capitulum noſtrum antedictum de iure conſuetudine vel alias licite diſpenſare poſſumus alicui concedantur neque alique aſſedationes eccleſiarum communium capituli noſtri vltra quinquennium fient ſeu queuis alia ardua negocia dicti noſtri capituli tractentur ſeu perficiantur (quorum negociorum arduitatis declarationem et interpretationem nobis et capitulo noſtro reſeruare volumus) niſi precedente edicto publico in valuis domus capitularis ſpatio quadraginta dierum affigendo citatiſque et vocatis intereſſe habentibus

ad videndum et audiendum premiſſa fieri vel ad allegandum cauſam quare cum intimatione vt moris eſt · quas quidem conſtitutiones decreta ſtatuta et ordinationes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris ratificamus et approbamus atque ad earundem inuiolabilem obſeruantiam et omnimodam defenſionem nos cum decano et canonicis capituli noſtri antedicti illud pro tempore repreſentantibus nominatim et in ſpecie ſubſcripti iureiurando ad hoc tactis ſacris dei euangelijs ac ſub penis camere apoſtolice aſtrinximus et obligauimus prout harum ſerie aſtringimus et in forma iuris arctiſſima obligamus · In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum ſigillum noſtrum auttenticum vna cum ſigillo communi prefati noſtri capituli preſentibus ſunt appenſa vna cum notarij publici ac ſcribe capituli noſtri ſubſcriptione roboratis apud domum capitularem dicte noſtre eccleſie decimo ſexto die menſis Februarij anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo preſentibus magiſtris Johanne Kyncragy · Johanne Chalmer · domino Willelmo Myrtoun · et Jacobo Swentoun capellanis et magiſtro Laurentio Cheyn notario publico · et talis sequitur ſubſcriptio . WILLELMUS Epiſcopus Aberdonenſis ·

Jacobus Kyncragy decanus Abirdonenſis ·
Dauid Diſchintoun cantor Abirdonenſis ·
Johannes Reyd cancellarius Abirdonenſis ·
Georgius Marſchell theſaurarius Abirdonenſis ·
Patricius Myrtoun archidiaconus ·
Jacobus Wawane de Oyne ·
Alexander Spittell de Clatt ·
Jacobus Gordoun de Lunmey ·
Duncanus Burnett de Methlik ·
Willelmus Cavell de Tulyneſtyn ·
Alexander Galloway de Kinkell ·
Henricus Forſyth de Monymuſk ·
Alexander Kyd ſuccentor ·
Jacobus Lyndeſay canonicus Abirdonenſis ·

Sequuntur conſtitutiones ordinationes ſtatuta et concluſiones edite per reuerendum in Chriſto patrem Willelmum epiſcopum Abirdonenſem de communi conſenſu decani et canonicorum ſui capituli ad hoc capitulariter congregatorum et capitulum repreſentantium et facientium preuio edicto publico in valuis domus capitularis ſpatio quadraginta dierum vt in conſimilibus moris eſt affixo determinato et concluſo die decimo quinto menſis Maii in vigilia penthecoſtes anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ·

Summa facultatis eccleſie cathedralis Abirdonenſis inferius ſequitur ·

In primis ex diſtributione canonicorum . . ij^{c}ix lib. vj ſ. viij d.
Item ex capellanis fundatis in eccleſia j^{c}lxxviij lib. vj ſ. viij d.
Summa totius facultatis eccleſie antedicte iij^{c}lxxxvj lib. xiij ſ. iiij d.

Sequitur diſtributio dicte facultatis ·

In primis tribus capellanis viz. epiſcopi Gauini Decani et Kynkell . . . . . xlviij lib. xiij ſ. iiij d.
Item xxi capellanis cuilibet xij lib. ſumma . ij^{c}lij lib.
Summa iij^{c} lib. xiij ſ. iiij d.

Et ſic reſtant lxxxvij lib.

De qua ſumma in manibus domini Wilhelmi Silwer . xij lib.
Item in manibus magiſtri Alexandri Stewinſone . . ix lib.
Item de Weitſchaw in manibus domini Johannis Gwrla vj ſ. viij d.
Summa xxj lib. vj ſ. viij d.

Et ſic reſtant lxv lib. xiij ſ. iiij d.

De qua ſumma ſoluendum capellanis infraſcriptis iuxta ſuorum merita ·

In primis domino Dauidi Thomſone . . . . iiij lib.
Item capellano ſucceſſuro in locum quondam domini Johannis Gowane ſi fuerit ad hoc qualificatus . . iiij lib.

Item domino Roberto Douglas . . . xxvj ſ. viij đ.
Item magiſtro Johanni Chalmer . . . xxvj ſ. viij đ.
Item domino Johanni Malyſone . . . . . xx ſ.
Item domino Wilhelmo Thomſone . . . . xx ſ.
Item domino Jacobo Swentone . . . . . xx ſ.
Summa xiij lib. xiij ſ. iiij đ.

Et ſic reſtant lij lib.
De qua ſumma duobus ſacriſtis . . . . . xx lib.
Item ſex pueris chori cum eorum habitibus iuxta inſtitutionem domini noſtri epiſcopi cuilibet eorum vj lib.
Summa . . . . . xxxvj lib.
Et ſic ſuperexpenditur · · · · · iiij libre ſoluende de communia capituli donec aliter fuerit prouiſum ·

Memorandum quod magiſter Georgius Ȝovng qui nunc deſeruit ſtallo rectoris de Kynkell percipere habet de eodem ſtallo ſummam ~~viginti~~ marcarum tantum · Et ſic reſtant de eodem ſtallo quatuor marce ſaluo iuſto calculo diſtribuende ad diſcretionem domini et ſui capituli ·

Inſuper dictus reuerendus pater de expreſſis conſenſu et aſſenſu dicti ſui capituli aſſignauit de fructibus vicarie eccleſie beati Nicholai de Abirdene ſummam ſex librarum annuatim leuandam et percipiendam ad ſuſtentationem dictorum ſex puerorum et eorum habituum prout inferius ſequitur et quod deſuper fiet ſcriptum autenticum in publica forma ſub ſuo ſigillo rotundo et ſigillo communi capituli in vberiore forma ·

Item de ſex pueris antedictis ſtatutum et ordinatum eſt quod ſint induti togis talaribus blauij ly blew coloris et ſuperpellicijs mundis quum ſint in choro cum capitibus tonſis inſtar religioſorum et compareant in ſuis habitibus in fine ſecundi pulſus ad matutinas ante altare diue virginis Marie ex parte auſtrali eccleſie et ibidem

Sintque dicti pueri sub regula disciplina et obediencia preceptoris schole cantus tam
in cantu quam in moribus quorum eorum temporibus in choro scripto intendat succentor qui eosdem pueros
eligere habet seclusis precio aut favore sed magis ydoneos et aptiores in cantu
vocem puerilem habentes quos presentabit cantori quociens instruendi sunt
et dicti pueri quociens instruentur deserviant. Item
pro omnibus mensibus et eorum stipendia deserviant quatuor absque stipendiis pro tribus
cedat ad sustentacionem habitus et quod reliquum fuerit summa sex li. per dominum fundata
in quadam cista habente duas claves super sumptibus habitum reponatur
per presidentem capituli pro tempore altera vero per procuratorem totius capituli cum duabus clavibus quarum altera

Noverint universi presentes literas inspecturi me magistrum Alexandrum
Setone Cancellarium Aberdonensem cum consensu et assensu Reverendi in Christo
patris Willelmi miseratione divina Aberdonensis Episcopi nec non decani et capituli eiusdem ad
hoc capitulariter congregatorum longo tractatu et matura deliberatione prehabitis citato
etiam pro me per edictum publicum sub sigillo rotundo capituli. Reverendi patris

cantent matutinas de noſtra domina ſubmiſſa tamen et intelligibili voce et finiantur dicte matutine ante matutinas de die vt poſſint dicti pueri intereſſe matutinis in choro vbi continue ſtabunt tres ex vna parte chori et tres ex altera coram ſtallis manibus ſuis in manicis ſuper pectus impoſitis vultibus modeſtis cultum religionis et grauitatis pre ſe ferentes nec inde ſe moueant niſi vocentur ad ambonem vel per ſacriſtam ad deferendas tedas crucem aut alia neceſſaria ·

Sintque dicti pueri ſub regula diſciplina et obedientia preceptoris ſchole cantationis tam in cantu quam in moribus quorum cyrimoniis in choro ſuperintendat ſuccentor qui eoſdem pueros eligere habet ſecluſis prece pretio aut fauore ſed magis ydoneos et peritiores in cantu vocem puerilem habentes quos preſentabit cantori quotiens inſtituendi ſunt · Item quod dicti pueri quotiens inſtituuntur deſeruiant gratis abſque ſtipendiis pro tribus primis menſibus et eorum ſtipendia vnacum ſumma ſex lib. per annum fundata tranſeant ad ſuſtentationem habituum et quod reliquum fuerit ſupra ſumptus habituum reponatur in quadam teca communi habente duas ſeras cum duabus clauibus quarum altera per preſidentem capituli pro tempore altera vero per procuratorem communem capituli cuſtodiatur et diſponatur in honeſtos vſus eccleſie ad diſcretionem capituli · Et ſi qui dictorum puerorum habeant parentes diuites prouideant ſibi de ſuis habitibus toga videlicet et ſuperpellicio honeſtis ſumptibus propriis et quum dicti pueri amiſerint vocem puerilem ſic quod amplius non ſunt ydonei ad hoc munus ſubeundum amoueanter a choro et alii eorum locis per ſuccentorem vt premittitur inſtituantur prouiſo tamen quod illi pueri ſic amoti deliberent procuratori communi capituli togam et ſuperpellicium in eorum receſſu ſi de ſumptibus eccleſie illis deſuper prouiſum fuerat ſin vero ſumptibus parentum huiuſmodi habitus comparati erant apud ipſos pueros remaneant · Item quod dicti pueri in eorum primo aduentu preſtant cautionem ydoneam de refundendis veſtibus per capitulum emptis in eorum

receſſu et de non recedendo a ſervitio eccleſie abſque licentia preſidentis et capituli petita et obtenta ·

Item quod quilibet capellanus chori delinquens in tono cantu litera aut lectura aut cum ſuo ſocio confabulans in choro aut priuatim celebrans tempore horarum mulctetur et puniatur ac per notatores defectuum ſcribatur in qualibet die ſabatina legatur tanquam abſens ab illa hora ·

Item quod eccleſia mundetur bina ſaltem vice omni menſe et preſertim in profeſtis maiorum ſolemnitatum · cimiterum ab animalibus et ab omni mercantia cuſtodiatur · campane horis debitis vt in antiquis ſtatutis cauetur pulſentur et horologium ſecundum debitam temporum menſurationem cuſtodiatur et hoc per ſacriſtam aut alium eius nomine qui etiam ſacriſta ſuum officium in ſingulis ad vnguem obſeruet et ad hoc per cenſuram eccleſiaſticam ſi neceſſe fuerit cogatur ·

Item quod canonia in debita honeſtate ſeruetur et quod amoueantur omnia ſterculinia et alie vilitates de communi platea canonie et deinceps ibidem non ponantur ·

Item quod fiet inuentarium omnium librorum in choro neceſſariorum et inſpiciantur per nonnullos peritos choriſtas et reducantur ad concordiam ſi in aliquo diſcordent et ematur magnum antiphonale vnacum libro collectarum et reformetur ordinale et de nouo ſcribatur in pergameno ·

Item quod eccleſie communes ad communiam canonicorum ſpectantes viſitentur hoc anno per procuratorem communem et vnum de canonicis et reparentur ſinguli defectus neceſſarij ſtatim quam primum fieri poterit et quolibet anno de hinc ornetur vna eccleſia in ornamentis honeſtis et decoris ad honorem et decorem domus dei vltra ornamenta de neceſſitate requiſita ·

Item quod inſpiciantur regeſtra capituli et carte eiuſdem et quod fiat grauatorium contra omnes detinentes et occultantes regeſtra cartas ſcripturas munimenta aut libros capitulo pertinentes ·

Item quod deinceps abſtineatur a confabulationibus et colloquiis in choro tempore honorum et quod fiat ſilentium in choro tempore quo leguntur legende ſub pena arbitraria ad arbitrium capituli et hoc ſeruetur tam per canonicos quam per capellanos chori ·

Item penes tempus conueniendi in choro et de tarde venientibus obſeruetur tenor tabule in capitulo pendentis que etiam tabula legatur ſingulis diebus ſabatinis aut ſaltem ſemel in quindena et exponatur eius tenor capellanis chori ·

Item quod muliercule non famulentur in domibus canonicorum aut capellanorum niſi cauſa neceſſitatis et gratia importandi ea que domuj ſunt neceſſaria quibus expletis ſtatim recedant et quod deſuper fiat articulus inquiſitionis annuatim tempore viſitationis ·

Item quod deinceps ceſſent obiurgationes et rixe in capitulo tam inter canonicos quam capellanos et delinquentes puniantur arbitrio decani et capituli ·

Item quod ſinguli canonici pro tempore reſidentie ſue et ſimiliter capellani omni die ſabbati in capitulo conuenient hora conſueta ſub pena in ſtatutis prius editis contenta et delinquentes multa pecuniaria iuxta ſtatuta irrimiſſibiliter mulctentur et ad effectum premiſſum per ſcriptores defectuum ſcribantur et ebdomidatim in capitulo legantur ·

Item quod quatuor dignitates archidiaconus et ſuccentor ſua exerceant officia iuxta primeuam ſuam fundationem reſpectiue in ſingulis prout decet ·

Item quod in tempore quadrageſimali non habeant vicarij chori dies ſynodaticos ſed quod ſingulis his diebus pro eorum abſentijs puneantur ſicuti in feſtis duplicibus · Et quod miſſa de jeiunio ab eiſdem ſolemniter cum cantu celebretur ad ſummum altare omni die exceptis dominicis a capite ieiunij incluſiue vſque ad cenam domini excluſiue ·

Item quod procuratores vicariorum ſingulis annis habeant facultatem pro negociis vicariorum et eorum annuis cenſibus importandis pro tribus ſeptimanis immediate poſt quemlibet terminum penthecoſtes et ſancti Martini bina die in qualibet ſeptimana a ſumma miſſa duntaxat ·

Item quod non cantantes in choro et priuatim celebrantes in eodem notentur et mulctentur tanquam abſentes ab eadem hora et quod nullus celebret miſſas ad ſummum altare vel altare diue virginis iuxta ſummum altare tempore ſumme miſſe aut matutinarum quod que canonici et vicarij chori vtantur habitibus conſuetis tempore horarum pro qualitate temporis iuxta antiquam conſuetudinem ſub pena amiſſionis illius hore qua ſine habitibus congruis choro interfuit ·

Item quod annuatim quater in anno aut pluries prout expedire videbitur fiat viſitatio et correctio canonicorum et capellanorum tam de incontinentia corporis quam de alijs exceſſibus et defectibus et hoc in vna feria quatuor temporum per preſidentem pro tempore eligenda · et quod in qualibet feria quarta dictorum quatuor temporum fiant vigilie mortuorum cum miſſa ſolemni in craſtino et quilibet canonicus ab eiſdem abſens ſoluet duodecim denarios et quilibet capellanus chori quatuor denarios per procuratorem communem capituli et vicariorum reſpectiue importandos ·

Item quod locus vicariorum de nouo conſtructus honeſte cuſtodia-

tur et claudantur porte de ſero hora nona in eſtate et hora octaua in hyeme ·

Item quod de cetero non deferant laici calices aut corporalia per eccleſiam aut chorum ſed deferantur per ſacerdotes et hoc ſiue canonici ſiue capellani ſint celebraturi ·

Item quod nullus ſiue clericus ſiue laicus ſine habitu decenti aut ſaltem ſuperpellicio chorum ingrediatur tempore celebrationis cuiuſcunque hore et ad effectum premiſſum ſacriſta aut bidellus hoſtium cancellarie cuſtodiat neminem ſine habitu intrare permittens ·

Item quod deinceps capellanus qui capitularis dicitur non exerceat ſuum officium tempore paſchalis aut alio quocunque tempore in aliquibus curam animarum concernentibus preterquam in canonicis vicariis chori et eorum mancipiis duntaxat nec ſe intromittat cum aliis perſonis quamuis forte intra canoniam moram trahant ·

Item quod quotienſcumque epiſcopus vel canonicus eſt executor officij fiant quatuor tede duntaxat que deferantur per quatuor de ſex pueris tonſis vel per alios quatuor pueros non tonſos prouiſo tamen quod non miſceantur pueri tonſi cum non tonſis ·

Item quod miſſe peculiares fundate cum cantu non omittantur quacumque ex cauſa quin fiant cum cantu niſi in feſtis Natiuitatis domini Epiphanie Cene domini Feria ſexta Paraſceues ſabbato Paſche in die Paſche Aſſenſionis domini Penthecoſtes Corporis Chriſti Aſſumptionis diue Virginis Dedicationis eccleſie et in feſto loci contigerint ·

Item dictus reuerendus dominus de communi conſenſu et aſſenſu dicti ſui capituli vt premiſſum eſt congregati ſtatuit et ordinat

quod deinceps nullus canonicus in choro aut proceſſione vtatur caputio ſed ſolum almuſio et ſuperpellicio aut cappa nigra ſecundum congruentiam temporis ·

Item idem reuerendus pater prouidebit de horologio per ſacriſtam cuſtodiendo et regendo ac in maiore campanili imponendo et colocando ·

Item quod ornamenta eccleſie cathedralis necnon calices libri et alia quecunque ad diuina officia pertinentia ad quecunque oratoria ſeu loca priuata pro miſſis celebrandis non deferantur ſub pena excommunicationis in laicos et ſuſpenſionis in preſbiteros ipſo facto quod etiam in reliquis eccleſijs totius dioceſis obſeruetur niſi prius petita et obtenta licentia ab illis qui eiſdem eccleſijs preſident quo caſu iterato deferantur ad eccleſiam ſub penis excommunicationis et ſuſpenſionis reſpectiue ·

Item quia hactenus cantores chori quorum intererat defectus notare deſides et negligentes in premiſſis reperti ſunt ideo deputentur duo vicarij chori ad ſingulos defectus notandos in miſſa veſperis et alijs minoribus horis ſecundum tenorem tabule antique et ſtatutorum inpreſentiarum editorum pro quibus percipient quartam partem defectuum delinquentium et pro nunc eliguntur magiſter Andreas Kyntor et dominus Johannes Vrquhartt cum facultate eoſdem remouendi et alios eorum locis imponendi ad nutum decani ſeu preſidentis et capituli pro tempore ·

Item quod miſſa diue virginis Marie ſingulis diebus quibus ordinarie cantari debet cantetur cum preſbitero diacono et ſubdiacono in ſuis habitibus congruis ·

Item quod deinceps fiant ſex candele de cepo in naui eccleſie et due in qualibet inſula ex parte auſtrali et boreali omni nocte ad veſperas et matutinas tempore hyemali et quodlibet altare in

eccleſia habeat duas candelas cereas honeſtas ad matutinas et veſperas omnibus diebus ſolemnibus ·

Item ad obuiandum contrauerſias que oriri ſoleant circa diſtributionem capparum in proceſſionibus ſolemnibus ſtatuit idem reuerendus pater de conſenſu dicti ſui capituli quod deinceps cappe magis precioſe diſtribuantur canonicis ſenioribus ſecundum eorum ordines et dignitates niſi aliquis canonicus ſuis ſumptibus comparauerit cappam quo caſu vtatur ille canonicus aut ſuus ſucceſſor huiuſmodi cappa ſi preſens fuerit et eadem vti voluerit ·

Item quod ſuper excreſcentia et reſta ſtallorum et facultatis in quorumcunque manibus ſint recipiantur per duos canonicos ſingulis annis per preſidentem et capitulum eligendos in ſuo capitulo generali quod *quaſi modo* dicitur qui exactam diligentiam pro reſta dicte facultatis importanda faciant et rationem et computum de receptis in dicto capitulo reddant · et pro anno inſtanti eliguntur venerabiles viri magiſtri Jacobus Wauane rector de Owne et magiſter Alexander Kyd ſuccentor ·

Item quod cymiterium ex parte auſtrali a palatio domini in quantum non conſtruitur vſque ad ſtilum publicum conſtruatur in loco quo nunc ſignatur vnacum platea eidem adiacente ſumptibus capituli · et hoc ſtatim incipiendo in ſecunda feria poſt dominicum trinitatis proximum ·

Willelmus episcopus Aberdonensis ff ·

Confirmacio Gregorij Pape XI. ſuper priuilegio epiſcoporum Scocie de teſtamentis eorum condendis ·

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus patribus Sancti Andree et Glaſguenſis dioceſis ac Abberdonenſis epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem · iuſtis petentium deſiderijs libenter annuimus eaque fauore proſequimur oportuno · Sane nuper quamdam conceſſionem per clare memorie Dauid regem Scocie vniuerſis epiſcopis regni ſui Scocie factam auctoritate apoſtolica ex certa ſciencia per noſtras literas duximus confirmandam quarum litterarum tenor ſequitur in hec verba · Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam hiis per que eccleſiarum et perſonarum eccleſiaſticarum et preſertim pontificali dignitate preditarum vtilitati conſulitur vt illibata conſiſtant libenter adiicimus apoſtolici muniminis firmitatem · Sane petitio pro parte venerabilium fratrum noſtrorum vniuerſorum epiſcoporum regni Scocie nobis nuper exhibita continebat quod olim clare memorie David rex Scocie aſſerens ex conſuetudine ab antiquis introducta temporibus et vſque tunc continuata per eum et predeceſſores ſuos tanquam pro priuilegio ſpeciali ſeruatum fuiſſe quod bona quecunque mobilia epiſcoporum regni predicti tempore mortis ipſorum

regiis ſic applicata erant vſibus quod ab ipſis epiſcopis in ſuis condendis teſtamentis ſuper bonis diſponendis huiuſmodi omnino erat adempta facultas · ob reuerenciam diuini nominis ac conſenſu et aſſenſu chariſſimj in Chriſto filij Roberti regis tunc ſeneſcalli Scocie ac comitis de Stratherne nepotis ipſius Dauid regis et liberorum ipſius Roberti nec non aliorum baronum et procerum ac trium communitatum dicti regni in pleno parliamento pro ſe et ſuis heredibus ac ſucceſſoribus omne ius quod ſibi in premiſſis bonis dictorum epiſcoporum tempore obitus eorum quomodolibet competebat ipſis epiſcopis de gratia ſpeciali conceſſit prout in litteris autenticis inde confectis dicti Dauid regis ſigillo munitis plenius continetur · Quare pro parte dictorum epiſcoporum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt huiuſmodi conceſſioni per dictum Dauid regem facte robur confirmationis adiicere cum ſupplecione defectuum ſi qui forſan in ea interuenerint de benignitate apoſtolica dignaremur · Nos itaque huiuſmodi ſupplicacionibus inclinati conceſſionem ipſam per dictum Dauid regem de huiuſmodi iure (ſi quod ſibi in dictis bonis eorundem epiſcoporum competebat) factam ratam habentes et gratam eam auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia tenore preſentium confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnem defectum ſi quis forſan interuenerit in eadem · Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis communicionis et ſupplecionis infringere vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum · Data Auineone Kal. Januarij pontificatus noſtri anno primo · Nos igitur cupientes vt huiuſmodi conceſſio per dictum regem vt premittitur facta inuiolabiliter obſeruetur et propterea volentes per noſtre prouidencie ſtudium oportunum in hac parte remedium adhibere per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios conceſſionem huiuſmodi per nos vt premittitur confirmatam faciatis auctoritate apoſtolica ſupradicta inuiolabiliter obſeruari · contradictores quoſlibet et rebelles auctoritate predicta per cen-

ſuram eccleſiaſticam compeſcendo · et inſuper omnibus officiarijs regis et perſonis alijs quibuſcunque in locis publicis de quibus vobis videbitur eadem auctoritate inhibeatis ne bona huiuſmodi epiſcoporum ſic decendentium aut aliquid ex eis recipere vel occupare preſumant ſub pena excommunicationis quam ſi contra inhibitionem huiuſmodi aliquid fecerint ipſo facto incurrant a qua preter quam in mortis articulo ab alio quam a Romano pontifice niſi infra menſem de receptis et occupatis per eos ex bonis ſupradictis integre ſatiſfaciant abſolutionem non valeant obtinere · non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede apoſtolica indultum exiſtat quod interdici ſuſpendi vel excommunicari aut ciuitates oppida cauſtra et loca eorum eccleſiaſtico interdicto ſupponi non poſſunt per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem · Datum Auinione Idibus Januarij pontificatus noſtri anno ſecundo ·

Tempore Malcolmi Regis Scocie filij Kenach per eundem Malcolmum constituta est primo sedes episcopalis apud Morthlach qui dotauit ecclesiam de Morthlach cum terris de Morthlach et cum terra et ecclesia de Cloueth episcopi. Et fuerunt ibi tres episcopi successiue. et cum ecclesia et terra de Dumeth

¶ Primus episcopus ibidem sedem tenens vocabatur Beyn. ¶ Secundus episcopus vocabatur Donercius ¶ Tercius episcopus vocabatur Cormauch..

Processu vero temporis translata est sedes episcopalis apud Aberdon per Dauid Regem Scocie filium Malcolmi de more qui dotauit dictam ecclesiam de ecclesiis pluribus et possessionibus et decimis omnium redituum suorum inter duas aquas que Dee et Spee dicuntur quamquidem dotem et donacionem specialiter et nominatim dominus papa Adrianus quartus sub bulla sua confirmauit.

Primus episcopus ibidem residens vocabatur Nectanus. ¶ Secundus Edwardus qui primo canonicos instituit in dicta ecclesia sedis apostolice auctoritate ¶ Tercius Matheus de Kyninmond. cui dicte fuerunt terre et ecclesie concesse.

De fundatione et translatione sedis episcopalis atque de episcop= orum successione.

Tempore Malcolmi Regis Scotie filij Kenach per eum Malcolmum conſtituta eſt primo ſedes epiſcopalis apud Morthlach qui dotauit eccleſiam de Mortlach cum terris de Mortlach et cum terra et eccleſia de Cloueth epiſcopi [et cum eccleſia et terris de Dunmeth] · Et fuerunt ibi tres epiſcopi ſucceſſiue · primus epiſcopus ibidem ſedem tenens vocabatur Beyn · ſecundus epiſcopus vocabatur Donercius · tertius epiſcopus vocabatur Cormauch ·

Proceſſu vero temporis tranſlata eſt ſedes epiſcopalis apud Aberdon per Dauid regem Scotie filium Malcolmi Kenmore qui dotauit dictam eccleſiam de eccleſiis pluribus et poſſeſſionibus et decimis omnium reddituum ſuorum inter duas aquas que Dee et Spee dicuntur quam quidem dotem et donationem ſpecialiter et nominatim dominus papa Adrianus quartus ſub bulla ſua confirmauit ·

Primus epiſcopus ibidem reſidens vocabatur Nectanus · ſecundus Edwardus qui primo canonicos inſtituit in dicta eccleſia ſedis apoſtolice auctoritate · tertius Mattheus de Kynimond cui date

fuerunt terre et eccleſie que ſecuuntur per Malcolmum Regem Scotie quiquidem Malcolmus mortuus eſt virgo et fundauit monaſterium de Cupro ·

In primis dedit eccleſiam de Kyrcton vna cum terra et terris de Slaty · Murcroft epiſcopi · Goyl · Kynmonedy · Mameulach · Tuligirg · et terra de Elone que dicitur Brynnes epiſcopi · ſchyram de Dauyot cum eccleſia et terra eccleſiaſtica eiuſdem · ſchiram de Rane cum eccleſia et terra eccleſiaſtica eiuſdem · eccleſiam de Ovyn cum terra eccleſiaſtica eiuſdem · ſchiram de Clat cum eccleſia · ſchiram de Tulyneſtyn cum eccleſia · et barronia de Murthil ·

Quartus epiſcopus ibidem reſidens fuit Johannes · quintus Adam · ſextus Gilbertus · ſeptimus Radulfus · octauus Petrus · nonus Ricardus de Poito Anglicus · decimus Hugo qui ſuffocatus fuit in lacu de Goyle · vndecimus Henricus de Chen · duodecimus Alexander de Kyninmond doctor vtriuſque iuris · tertius decimus dominus Willelmus de la Den · quarto decimus magiſter Johannes de Rate magiſter in theologia · quinto decimus Alexander de Kyninmond · ſexto decimus Adam de Tynnyngham · ſeptimo decimus Gilbertus de Grynlaw · [decimus octauus Henricus de Lychtoun doctor in vtroque iure · decimus nonus Ingeramus Lyndeſay decretorum doctor · viceſimus Thomas Spens · viceſimus primus Robertus Blakadir · viceſimus ſecundus Willelmus Elphinſtoun ſacrorum canonum licentiatus · viceſimus tertius Alexander Gordoun · vigeſimus quartus Gauinus Dunbar · vigeſimus quintus Guillermus Stewart 1532 preſidere exoritur · vigeſimus ſextus Guillermus Gordoun 1546 preſidere cepit] ·

1598

Hic Incipit Inuentarium Seu
Registrum Thezaurarie eccle
sie abirdonen. Q fieri fecit
venerabilis uir Magister
henricus de Rynde. eiusdem

empore milcomi Regis. filii kennach. sedes
episcopalis per eū malcolmū cōstructa est p'
mo apud murthelauch. Et pea fuerūt ibi tres.
epi successiē. Primus epus uocabatur leyn. scds
epus uocabatur donerius terci' epus vocabatur
cormach. Processu vero temporis Translata c
sedes apud Aberdon per dauid Regem filiū mal

C. Reg. Rubr.

Hic incipit inuentarium seu registrum thesaurarie ecclesie Aberdonensis quod fieri fecit venerabilis vir magister Henricus de Rynde eiusdem ecclesie thesaurarius ac reuerendi in Christo patris et domini domini Henrici de Lichtoun vtriusque iuris legum doctoris eiusdem ecclesie tunc temporis episcopi huiusque presentis ecclesie constructoris nepos anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto ·

Incipiunt libri theologie ·

Primo incipit inuentarium librorum theologie vt infra ſubſequitur ·

Vna parua biblia in minuta litera in aſſeribus incipiens in ſecundo folio *Extenſio autem* ·
Vna biblia in aſſeribus incipiens in ſecundo folio *Sub veſte* ·
Vna biblia in aſſeribus non completa in ſecundo folio *Pone ſillabo* ·
Vna biblia non completa incipiens in ſecundo folio *Vxor Jacob* ·
Vna biblia non completa incipiens in ſecundo folio *Vixit* ·
Vnus textus ſententiarum Petri Commeſtoris in ſecundo folio *Vtrum ſemel* ·
Vnus textus ſententiarum incipiens in ſecundo folio *Quare ſpiritus* ·
Libri Leuitici numeri Deutronomij in vno volumine in ſecundo folio *De bobus* ·
Libri Joſue Judicum Ruth Thobie Judith Heſter in vno volumine in ſecundo folio *In inferioribus* ·
Libri Ꝛechiel Yſaias in vno volumine in ſecundo folio *Jori inpoſuit* ·
Item quatuor libri Regum duo Paralipominon et duo libri Machabeorum in vno volumine in ſecundo folio *Prophetarum* ·
Summa confeſſorum incipiens in ſecundo folio *De vſu pallij* ·
Sermones dominicales incipientes in ſecundo folio *An et* ·
Sermones de quibuſdam ſanctis incipientes in ſecundo folio *Et aſper* ·

Lectura ſuper librum ſententiarum in afferibus cooperta coreo albo in ſecundo folio *Quod angelus* ·

Queſtiones magiſtri Johannis Scoti ſuper tres libros ſententiarum in ſecundo folio *Eludunt* ·

Yſidorus de ſummo bono et quedam concordancie ſuper libro Senece in ſecundo folio *Cuius eſt* ·

Secunda ſecunde fratris Thome de Aquino ſecundo folio *Quorum eſt intellectus* ·

Auguſtinus de Ciuitate Dei ab vndecimo libro ſupra · in afferibus ſecundo folio *Et ſententia* ·

Lectura ſententiarum in afferibus in ſecundo folio *Spiritus eius ornauit celos* ·

Lectura ſuper libro ſententiarum qui incipit *Samaritanus* · et in ſecundo folio *Nec creare* ·

Tertia lectura ſententiarum et incipit *Vtrum frui* et eſt in pellibus non afferibus ·

Tabula ſubtilis Scoti et incipit *Abſtractio* · in afferibus in ſecundo folio *Vtrum habitus* ·

Liber de proprietatibus rerum in vno volumine in ſecundo folio *Et ſpiritus ſanctus* ·

Alius liber de proprietatibus rerum in ſecundo folio *Vt ibidem* ·

Manipulus florum incipiens in ſecundo folio *Ad celanciam* ·

Liber de naturis animalium incipiens in ſecundo folio *Aquatilium* ·

Epiſtole Senece ad Paulum et ad Lucillum cum tractatibus xiiij in ſecundo folio *In tua perſona* ·

Manipulus florum in ſecundo folio *Auguſtinus in libro de queſtionibus* ·

Queſtiones ſiue lectura ſententiarum in afferibus qui incipit *Exemplo veri* ·

Expoſicio beati Ambroſij ſuper Beati Immaculati in ſecundo folio ·

Liber confeſſionum beati Auguſtini incipiens in ſecundo folio *Cedam* ·

Tabule ſuper Valerianum et incipit *Vt de infraſcripta* ·

Liber Ancelmi et incipit *Tres tractatus* · in ſecundo folio *Veritatem* ·

Sermones de ſanctis et incipit *In baculo meo* ·

Bernardus ſuper Geneſim et incipit *Terra autem erat* · in ſecundo folio *Addidit* ·

Summa cantoris pariſienſis in ſecundo folio *Vias* · Cum aliis diuerſis tractatibus ·

Incipiunt LIBRI IURIS CANONICI ·

Vnus liber decretalium incipiens in ſecundo folio *Ad ſalutem* ·

Alius liber decretalium incipiens in ſecundo folio *Vidimus* ·

Tertius liber decretalium incipiens in ſecundo folio *Spiritus ſanctus* ·

Quartus liber decretalium incipiens in ſecundo folio *Ex Maria* ·

Decretales parue in aſſeribus date per magiſtrum Willelmum Ramſay in ſecundo folio in textu *Variam eccleſie fatetur* ·

Decretum incipiens in ſecundo folio *Quod eſt corrigat* ·

Decretum incipiens in ſecundo folio in textu *Prouincie* ·

Decretum modici valoris incipiens in ſecundo folio in textu *tas* ·

Sextus gloſatus per cardinalem in ſecundo folio in textu *bus* coopertus de nigro coreo ·

Summa de caſibus Oſtenſis incipiens in ſecundo folio *Noue legis* ·

Nouella Johannis Andree ſuper decretales in duobus voluminibus prima pars in ſecundo folio *Vſque* · et ſecunda pars in ſecundo folio *Exceptionem* ·

Nouella Johannis Andree ſuper ſextum in ſecundo folio *Eſt ita* · Et in mercurialibus in alio volumine non aſſeribus ſed pellibus viridibus in ſecundo folio *Pretor* ·

Dignus de regulis iuris in pellibus viridibus in ſecundo folio *citat* ·

Lectura ſuper decretales incipiens in ſecundo folio *Credit eccleſiam* ·

Lectura Innocencij in aſſeribus in ſecundo folio *Sedis* ·

Speculum iudiciale incipiens in ſecundo folio *Singulis* ·

Aliud ſpeculum iudiciale in ſecundo folio *mi circa prin'* et in tertio folio *Mittere* ·

Rofriedus de ordine iudiciorum incipiens in ſecundo folio *rius* ·

Extrauagantes Johannis xxij gloſatum per Geſſilinum cum apparatu

Willelmi de Monte lauduno ſuper Clementinam incipiens in ſecundo folio *Ac ſi* ·

Lectura Willelmi Tharlech ſuper ſextum in papiro in ſecundo folio *Solum bene* ·

Roſarium archidiaconi ſuper decretum in duobus volumibus · primum volumen in ſecundo folio *Ius naturale* · ſecundum volumen in ſecundo folio *Mathei* ·

Repertorium magiſtri Willelmi Durandi in vno volumine in ſecundo folio *Non veni* ·

Summa Monaldi incipiens in ſecundo folio *Item abbas* ·

Martiniana decretorum et decretalium cum ſacramentali Willelmi de Monte lauduno in vno volumine incipiens in ſecundo folio *Prelati* ·

Sextus et Clementine cum lectura Johannis Andree ſuper ſextum in ſecundo folio *Laboribus* ·

Apparatus archidiaconi ſuper Sexto incipiens in ſecundo folio *E ſponcione* ·

Cronica Martini de papis et imperatoribus in ſecundo folio *Ne filij* ·

Sextus decretalium in ſecundo folio *Incommutabilis* ·

Sextus et Clementine in vno volumine cum apparatu Willelmi de Monte lauduno incipiens in ſecundo folio *Fragranti diuino* ·

Lectura prima Johannis Andree ſuper Sextum incipiens in ſecundo folio *Iubemus* ·

Archidiaconus ſuper ſextum incipiens in ſecundo folio *Hereticum* ·

Martiniana decreti et decretalium in ſecundo folio *Quod abbates* ·

Willelmus de Mandagoto ſuper electionibus in ſecundo folio *Poſt conſenſum* ·

Speculum iudiciale modici valoris incipiens in ſecundo folio *Tradita* ·

Tancretus de iudicijs incipiens in ſecundo folio *Pertractato* ·

Martiniana decreti et decretalium coopertus de corrio nigro ſecundo folio *tenciam* ·

Lectura Innocencij quarti ſuper decretales in ſecundo folio *Q. i.*

Clementine cum conſtitutionibus domini Johannis pape xxij de

taxatione literarum in vno volumine cum aſſeribus in ſecundo folio in textu *Manifeſtatis* ·

Prima pars Henrici Boyk incipiens in ſecundo folio *I. q. a'* .

Secunda pars Henrici Boyk in ſecundo folio *Loquitur de clericis* ·

Policraticon Johannis Sarum incipiens in ſecundo folio *Lingua magis* ·

Veſtiale et liber de eccleſiaſticis officijs in vno volumine in aſſeribus ſecundo folio *Tendit* .

Diſtinctiones decretalium magiſtri Petri de ſamine in ſecundo folio *ria ſabati* ·

Summa Goffridi de Trano et incipit in ſecundo folio *getur* ·

Ordo iudiciarius cum diuerſis tractatibus in ſecundo folio *Vti vel* ·

Libellus domini Rofredi et incipit *gloſarum diuerſitas* ·

Summa Raymundi de matrimonio in ſecundo folio *Permutationis* ·

Decretales gloſate incipientes in ſecundo folio in textu *Vt ſint* ·

Apparatus Wilhelmi de Monte lauduno ſuper Clementinis in ſecundo folio *hibens* ·

Repertorium Wilhelmi Durandi in iure canonico in ſecundo folio *Ignorantia* ·

Vna gloſa decreti ſine aſſeribus et in ſecundo folio *Hec* in textu ·

Liber de extrauagantibus Johannis xxij in aſſeribus cum apparatu Geſſellini et cronica Bruti in fine ex dono domini Alexandri Kynnynmonde epiſcopi Aberdonenſis qui incipit in ſecundo folio in textu *Judicium* · et in gloſa *Nulli* ·

Tractatus domini Wilhelmi de Monte lauduno in aſſeribus coopertus cum corrio rubeo et incipit *Kariſſimo filio ſuo* · et ſecundo folio *Effectus verborum* ·

Decretum cuius textus incipit in ſecundo folio *Penitus officio* ex donatione venerabilis viri magiſtri Thome Edname quondam canonici Aberdonenſis ·

Alius liber decretalium in ſecundo folio *Et illam communem* ex donatione eiuſdem magiſtri Thome ·

Repertorium Henrici Buyk in papiro in ſecundo folio *Vtrum in electionibus* ex donatione eiuſdem ·

Vnum temporale ad ſtallum de Clat donatum per eundem in ſecundo folio *Te ſpiritus* ·

Vnum breuiarium ad altare Sancti Andree in ſecundo folio *Patria communis* [ex donatione eiuſdem] · et pſalterium in ſecundo folio *Ipſi in deo eius* ligandum ad beneplacitum filij sui magiſtri Duncani Scherare rectoris de Clat [non naturalis ſed per adoptionem ·]

Incipiunt LIBRI IURIS CIUILIS ·

Degeſtum vetus incipiens in ſecundo folio *Noſtrorum ordinatio* ·

Lectura ſuper codice incipiens *Cum poſt* · et in ſecundo folio *Quandoque ponitur* ·

Apparatus ſuper codice et incipit *Juri operam* ·

Degeſtum vetus incipit in ſecundo folio *Quod communicare non poſſit* ·

Degeſtum vetus incipiens in ſecundo folio *Quod conſtare* ·

Degeſtum nouum ex donatione magiſtri Thome Forſtare in ſecundo folio in textu *Prohibetur* ·

Codex ex donatione eiuſdem incipiens in ſecundo folio in rubro *De ſacroſanctis eccleſijs* ·

Item liber viceſimus nonus de ff · veteri incipiens in ſecundo folio in textu *Prohibetur* · ex donatione magiſtri Thome Foreſtarij prebendarij de Dummawoc ·

Item liber Codicis in ſecundo folio in rubro *De ſacroſanctis epiſcopis* · ex donatione eiuſdem et in nigro incipit *Eſt hec* .

LIBRI NON REPERTI ·

Iſti ſunt libri non reperti in libraria · In primis ſacramentale Hugonis de Sancto victore incipiens in ſecundo folio in tabula *Quare potenciam* .

Item ſecunda pars Sententie edita a beato Thoma de Aquino et incipit *Quia ſanctus damaſcenus* · .

Item omelia beati Gregorij et incipit *Reuerendiſſimo et ſanctiſſimo* ·
Item ſumma de matrimonio incipiens in ſecundo folio *Permutationis* · [Reperitur ·]
Item elementarium incipiens in ſecundo folio *Fortitudo eſt qua aduerſa* ·
Item Geſſelinus et incipit *Ad onus apoſe* in textu ·
Item ordo ſeptem graduum et ſic incipit [·]

Libri decretalium absentes

In primis vnus liber decretalium incipiens in ſecundo folio *Spiritus ſanctus* ·
Item Decretum perditum per magiſtrum Johannem Barbour ·
Item paruum volumen de decima collatione in ſecundo folio *Plebeio magiſtratu* ·
Item ſtatuta eccleſiarum Colonienſis et Leodienſis in ſecundo folio *Item contra incendiarios* · et iſte perditur per magiſtrum Nicolaum Cumnok tunc decanum ·
Item ſumma Rofriedi iuris ciuilis in ſecundo folio *Et non ſic* · [Reperitur ·]
Item lectura Innocencij ſuper decretales in ſecundo folio *In futurum* · [Reperitur ·]
Item lectura Hoſtienſis in ſecundo folio *Condende legis* ·
Item duo libri de eccleſiaſtica poteſtate · primus incipit in ſecundo folio *Et ſpiritualis* · et alter in ſecundo folio *Virtutem* · vna cum Policraticon Johannis Sarum in ſecundo folio *Lingua magiſtro* · ablat' per epiſcopum Glaſguenſem ·
Item ff. vetus incipit in ſecundo folio in textu *In munitione* ·
Item Petrus Bleſen' in epiſtolis ſcriptus in papiro ·
Item vnus liber in aſſeribus de judicijs et ordine eius incipit in primo folio *Pertractato* ·
Item ſextus et mandagotus in vno volumine in ſecundo folio in textu *Latum* ·

Item clementine gloſate in ſecundo folio *Nouembris* ·
Item decretales gloſate in ſecundo folio *Vt ſint* ·
Item degeſtum vetus incipit in ſecundo folio *Quia conſtare* · [Reperitur ·]

Incipiunt LIBRI CHORI ·

In primis pro ſtallo epiſcopi vnum portiforium in ſecundo folio *Et cuſtodiat* ·
Item pro ſtallo decani vnum antiphonarium cum pſalterio in duobus voluminibus in ſecundo folio primi voluminis *Te terminum* · Et in ſecundo folio ſecundi voluminis poſt pſalterium *Et dominus* ·
Et vnum gradale incipiens in ſecundo folio *Intende qua deducis* ·
Item pro ſtallo cantoris vnum antiphonarium cum pſalterio ſecundo folio *letator criminis* ·
Et vnum gradale incipiens in tertio folio *Fortis ge* · · · ·
Item ad ſtallum cancellarie vnum portiforium ſine pſalterio ſecundo folio · *Ecce venit rex* ·
Et vnum pſalterium cum multis alijs in ſecundo folio *Eſurient* ·
Et vnum pſalterium ex dono magiſtri Duncani de Lychton in ſecundo folio *cilencie* ·
Item ad ſtallum theſaurarie vnum antiphonarium in ſecundo folio *Viam ei* ·
Item vnum gradale in ſecundo folio *tolite portas* ·
Et vnum pſalterium in ſecundo folio *Tunc* ·
Item ad ſtallum archidiaconi vnum antiphonarium ſine pſalterio in ſecundo folio *Qui regis Iſrael intende* ·
Vnum pſalterium in ſecundo folio *Eo ſuper Syon* ·
Et proceſſionale in ſecundo folio *Miſerebitur* · datum per magiſtrum Thomam Thenynghame archidiaconum tunc temporis .
Item ad ſtallum de Methlaik temporale ſine pſalterio in ſecundo folio *Peccatorum* ·
Et vnum gradale in tertio folio *Animam meam* ·

Item ad ſtallum de Banchory vnum pſalterium in ſecundo folio *Compungimini* ·

Item ad ſtallum de Balheluy vnum antiphonarium cum pſalterio ſecundo folio *Legatur Yſa* ·

Et vnum gradale in ſecundo folio *Letitia cordis* ·

Item ad ſtallum de Kyncardyn vnum antiphonarium cum pſalterio ſecundo folio *Te lucis* ·

Et vnum gradale in ſecundo folio *Apud deum* ·

Item ad ſtallum de Endernochty vnum pſalterium in ſecundo folio *Domine dediſti* .

Item ad ſtallum de Ellon vnum portiforium in ſecundo folio *In iuſtis* ·

Item vnum gradale in ſecundo folio incipiens *-rorate* · [in eodem volumine proceſſionale ·]

Item vnum pſalterium incipiens in ſecundo folio *Caput meum* ·

Item vnum ordinarium incipiens *Prima dominica* ·

Incipiunt LIBRI IN COMMUNI SERUICIO CHORI .

In primis in communi pro choro vnum antiphonarium pro pueris ſine pſalterio et incipit in ſecundo folio *Que reſpicit* ·

Item vnum antiphonarium ex dono domini Willelmi Skyar capellani pro communi ſeruicio et incipit ſecundo folio *Qui deducis* ·

Item duo antiphonaria ex dono domini Henrici epiſcopi Abirdonenſis non de vſu noſtro · primum in ſecundo folio *Egredietur* · et ſecundum in ſecundo folio *Ecce venit* ·

Item vnum gradale incipiens in ſecundo folio *Non confundentur* ·

Item vnum gradale pro eiſdem incipiens in ſecundo folio *Reputatur officium* ·

Item vnum portiforium pro cantoribus in ſecundo folio *Procul recedant* ·

Item vna legenda ſanctorum in ſecundo folio *Ad reſtauracionem* ·

Item alia legenda ſanctorum in ſecundo folio *Animas omnium hominum* ·

Item vna legenda de temporali in ſecundo folio *Propter hoc* ·
Item vna collecteria incipiens in ſecundo folio *Celi enarrant* · [quia in eodem volumine eſt antiquum ordinarium ante collecteriam reficiendum ·]
Item vna collecteria cum proceſſionali in ſecundo folio *-ntur inter dispenſatores* ·
Item vnum paruum proceſſionale incipiens in ſecundo folio *Horum* ·
Item vnum proceſſionale incipiens in ſecundo folio *Iuſticie* ·
Item duo parui libri de ſequencijs noſtre domine quorum vnus incipit in ſecundo folio *nos exigue* · et alius in ſecundo folio *Di et diſtendit* ·
Item martilogium incipiens in ſecundo folio *Domini* ·
Item vnum catholicon incipiens in ſecundo folio *Et te jmitantibus* ·

MISSALIA ·

In primis pro magno altari vnum miſſale pulcrum in ſecundo folio *Noſtra ſalus* ·
Item aliud miſſale in ſecundo folio *Letatus ſum* ·
Item ad altare beate Marie virginis vnum miſſale in ſecundo folio *Johannes habebat* ·
Item ad altare beate Katrine vnum miſſale in ſecundo folio *-jum cum quo in k'* ·
Item vnum miſſale notabile datum per dominum Gilbertum epiſcopum Aberdonenſem ſecundo folio *Inuidet aut* ·
Item duo libri organici primus incipiens in ſecundo folio *Plaſmatis humani* · et alius liber incipiens in ſecundo folio *Chriſteelayſon* ·
Item vnum breuiarium non notatum magnum et notabile ex dono domini Gilberti epiſcopi Aberdonenſis incipiens in ſecundo folio *Nomen eius Emanuel* ·
Item vnum breuiarium in manu cancellarij in ſecundo folio *Bene dicat* · ex dono venerabilis viri domini Johannis de Bothill prebendarij de Der ·

Item vnum pontificale pulcrum in aſſeribus in ſecundo folio *Deuotionis* ·

Item vnum pontificale pulcrum de vſu curie Romane ſecundo folio *-tanius* ·

Item tertium pontificale coopertum de nigro corrio in ſecundo folio *Luiſii* ·

Item vnum pſalterium notabile datum per dominum Willelmum Callabare prebendarium de Ellone in ſecundo folio *Qui habitat* ·

Item vnum miſſale ad altare ſancti Johannis de donatione domini Henrici de Lychton epiſcopi in ſecundo folio *Cum poteſtate magna et mageſtate* ·

Item vnum miſſale ad altare ſancte Katrine de donatione eiuſdem domini Henrici epiſcopi incipiens in ſecundo folio *Ineffabile miſterium coniungere voluiſti* ·

Item vnum gradale ad chorum de donatione eiuſdem domini Henrici epiſcopi incipiens in ſecundo folio *Dominus dabit benignitatem* · et ligatum ad ſtallum dicti domini epiſcopi ·

Item vnum miſſalle ad altare ſancti Columbe de dono magiſtri Henrici Rynde theſaurarij et incipit in ſecundo folio *-vate capita veſtra* · et eſt completum ·

[Item ex dono Ingerami Lyndeſay epiſcopi Aberdonenſis vnum gradale in temporali incipiens in ſecundo folio *Edoce me* ·

Item ex dono eiuſdem vnum gradale de ſanctis incipiens in ſecundo folio *Emiſerimus* ·

Item vnum miſſale pro altari ſancti Mauricij ex donatione venerabilis viri magiſtri Ricardi Forbes decani Aberdonenſis ·

Item in capella ſancti Mauricij ex donatione eiuſdem quatuor libri iuris canonici videlicet liber decretalium ſextus cum Clementinis et libro decretorum · Item in eadem capella ex dono eiuſdem vnum pſalterium pulchrum · Item ex dono eiuſdem vnum tabernaculum pro eodem altari de alabaſte cum armariolo de tabulis orientalibus pro veſtimentis altaris conſeruandis · Item ex dono eiuſdem ad magnum altare due imagines vna videlicet beate Marie virginis · item vna altera beati Mauricij · Item ex dono eiuſdem

vnus pannus ad modum vnius matreff vel bautkyn roth ad decorem et ornamentum magni altaris et chori et eſt pannus blauij coloris cum roſis albis inmixtis per totum ·]

Ornamenta magni altaris ·

In primis pro magno altari quinque mappe cum quatuor ſpondalibus quarum tres ſunt de Dornwyk · et due tele late · [Item vnum mappale ex dono Chriſtiane Marr ·]

Item vna parua pecia de hanygo · Item due pendicule ·

Item due manuterge de Dornwik conſumpt' · Item vna pecia de Burrel pro coopertorio ·

Item vnus pannus de blaueo pro ferialibus diebus ·

Item alia mappa ad magnum altare cum frontali ſignato Aue Jheſu et Maria ·

Item ad altare ſancti Johannis ewangeliſte ij mappalia ex dono Lychtone cancelarij ·

Item ad altare ſancti Columbe duo mappalia ex dono Rynde theſaurarij ·

Item quatuor petie de fuſtiane pro tempore quadrageſime cum crucibus nigris ·

Item quinque petie de viridi matyſſ ·

Item tres petie de Charbukyl ex dono epiſcopi Alexandri ·

Item ij petie de albo cum armis domini regis Scotie per Gilbertum epiſcopum ·

Item tres petie de apoſtolis tele late picte per dominum Dauid Rethoman ·

Item ij Raya manuterge pro magno altari in diebus feſtiuis ·

Item ij curtiſſi'e de ſerico viridi pro magno altari quarum vna eſt facta cum vexillis et reliqua remanet ·

Item quatuor corporalia cum quatuor caſulis ·

Item quatuor corporalia data per dominum Ingeramum epiſcopum ·

Item vnum corporale ad altare beati Johannis ex dono Duncani Lychtone cancellarij

Item vnum corporale ad altare ſancti Columbe ex dono theſaurarij Rynde ·

Item ſex ſudoria cum duabus caſulis · Item vnum peplum de ſerico pro epiſcopo ·

Item vnum napkyn pro domino epiſcopo · Item vnum quayff de ſerico ·

Vestimenta pro magno altari ·

In primis vnum veſtimentum album deauratum cum duabus tunicis et duabus dalmaticis pro domino epiſcopo ex dono domini Alexandri epiſcopi ·

Item vnum veſtimentum album deauratum cum duabus tunicis datum per dominum epiſcopum Alexandrum ·

Item vnum veſtimentum de ſerico rubeo cum quatuor tunicis datum per dominum epiſcopum Alexandrum ·

Item vnum veſtimentum de albo ſerico deauratum cum tribus albis et amictis per epiſcopum Gilbertum ·

Item vnum veſtimentum cum duabus tunicis de charbukyl et ix petie date per Alexandrum epiſcopum ·

Item vnum veſtimentum de rubio deauratum cum duabus tunicis albis et amictis et ceteris datum per dominum Henricum epiſcopum Abirdonenſem ·

Item vnum veſtimentum de blaueo ſerico cum duabus tunicis datum per magiſtrum Henricum Rynde theſaurarium ·

Item vnum veſtimentum de rubeo ſerico deauratum cum duabus tunicis datum per epiſcopum Alexandrum ·

Item vnum veſtimentum rubeum cum duabus tunicis emptum de communi burſa canonicorum ·

Item vnum veſtimentum viride cum ametis et ceteris datum per dominum Gilbertum epiſcopum ·

Item vnum veſtimentum album de fuſtiana pro ferialibus diebus cum tribus albis cum pertinentiis ·

Item vnum veſtimentum de burgo alexandri cum albo et ameta

et ceteris per donationem reuerendi in Chriſto patris ac domini domini Henrici Dei gratia epiſcopi huius eccleſie ad altare ſancte Katerine virginis ·

Item duo linthiamina pro eodem altari de donatione eiuſdem ·

Item ſunt octo petie de paruris ſiue albis · Item octo fanones et octo ſtolis ·

Item nouem beltis · Item ſunt ſex albe de melioribus ·

Item vndecim de alijs albis exceptis albis exiſtentibus ad altaria ſancti Michaelis · ſancti Johannis euuangeliſte · ſancte Katerine · ſancti Columbe abbatis et capelle domini noſtri epiſcopi · et alba altaris noſtre domine mutuata domino Willelmo Leſly militi per dominum epiſcopum cum caſula et ceteris neceſſarijs ·

Cappe ·

In primis vna cappa deaurata cum vno bukil de argento deaurato pro domino noſtro epiſcopo ·

Item vna cappa rubea deaurata cum ymaginibus cum vno bukil de auricalco deaurato ·

Item vna cappa veridis cum rotis deaurata ·

Item vna cappa alba de ſerico deaurata data per dominum Gilbertum epiſcopum ·

Item vna cappa rubea deaurata de veluet data per magiſtrum Jacobum Lyon ·

Item due cappe albe de ſerico deaurate date per Alexandrum epiſcopum ·

Item vna cappa veridis deaurata data per magiſtrum Alexandrum Trayle ·

Item vna cappa rubea deaurata data per dominum Alexandrum epiſcopum ·

Item vna cappa rubea deaurata data per dominum Robertum Wiſſe ·

Item vna cappa de blodeo de dono magiſtri Walteri Forſtar quondam epiſcopi Brechinenſis ·

Item vna cappa de veluet veridi data per dominum Alexandrum de Forbes militem ·

Item vna cappa veridis deaurata que dicitur cappa de maledictionibus data per dominum Alexandrum epiſcopum ·

Item vna cappa veridis data per dominum Alexandrum epiſcopum ·

Item vna cappa de charbukylis data per dominum Alexandrum epiſcopum et reparata per dominum Willelmum de Crawfurde ·

Item due cappe de ſerico veridi deaurate date per dominum Alexandrum epiſcopum ·

Item vna cappa de veridi data per dominum Alexandrum epiſcopum ·

Item vna cappa de rubeo ſerico data per dominum Alexandrum epiſcopum ·

Item due cappe de burde alexandri pro ferialibus diebus date per dominum Henricum de Lychton epiſcopum · Item venerabilis vir magiſter Duncanus de Lychtona cancellarius Aberdonenſis dedit et optulit Deo et beate Marie virgini vnam cappam blaueam deauratam que vocabitur Lychtona in feſto purificationis beate Marie virginis anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo qui quidem magiſter Duncanus fuit nepos prefati domini Henrici de Lychtoun epiſcopi Abirdonenſis ·

Item duo pendeculia pro cappis a parte poſt ·

Panni pro ornamentis ecclesie ·

In primis vnus pannus de Arras de Epyphania de dono domini Gilberti epiſcopi ·

Item quinque pecie de arraſſ pro choro de ſalutatione angelica date per epiſcopum Alexandrum ·

Item vnus pannus de arraſſ de ſeptem peccatis mortalibus ·

Item vnus pannus de Jheſu de arraſſ ·
Item vnus pannus de arraſſ fontis peronne ·
Item vnus pannus antiquus de arraſſ cum tribus ymaginibus ·
Item vnus lectus de blodeo de lilijs ex dono domini Thome Edname ·
Item vnus pannus adaquatus de dono magiſtri Alexandri Trayl et dicitur la beſtial ·
Item vnus pannus de arraſſ de dono domini Thome Stuart comitis de Garvyach cum duabus ymaginibus ·
Item duo panni de attrabato pro ſedili cantoris in choro ·
Item duo panni pro cathedra epiſcopi vnus deauratus alius de ſerico ·
Item vnus pannus linius pro genibus ·
Item tria vexilla de ſerico data per Alexandrum epiſcopum ·
Item vnum vexillum pictum ·
Item vnum balekyn de rubio deauratum cum armis domini Alexandri epiſcopi ·
Item due pecie de viride deaurate ·
Item vndecim ſeruicalia de panno deaurata cum vno paruo de eodem pro reliquijs ·
Item ſex ſeruicalia de rubio damaſco data per dominum Henricum epiſcopum ·
Item vnus mantellus pro noſtra domina borderatus cum ly veluate ·

[Item duo ſeruicalia de viridi ſerico ad magnum altare data per dominum Thomam epiſcopum Abberdonenſem · Item per eundem date due curtine de eodem ſerico ad ornamentum magni altaris ·
Item dati per magiſtrum Johannem Clat duo panni de erras ad uſum eccleſie ·
Item ex dono venerabilis et egregij viri magiſtri Ricardi Forbes decani Aberdonenſis pro altari beati Mauricij tria veſtimenta completa videlicet vnum de nigro vellous cum omnibus pecijs · Item vnum de blauio worſat · et tertium de burgo alexandri cum albis et amitis cum duobus frontalibus vno videlicet de nigro

velous et alio de nigro worſat ſex ſeruicalibus tribus manitergijs duobus corporalibus et a baldkyn de ſerico deaurato ·]

Incipiunt iocalia ·

In primis decem calices de argento deaurati et decem patene vnde vna patena in Rane mutuata per magiſtrum Thomam de Tynnyngame ·

Item vna patena de numero illarum decem perdita per eundem archidiaconum in hac eccleſia · Memorandum quod vnus de ſupradictis calicibus cum patena per magiſtrum Johannem Clat deperditur pro quo ipſe contulit nouum ·

Item magiſter Henricus Rynde theſaurarius contulit vnum calicem argenteum partim deauratum ·

Item vnum crucifixum argenteum deauratum cum magno pede ·

Item vna crux in qua eſt pars ligni dominici de argento ·

Item vna crux in qua eſt pars ligni ſancti Andree de argento deaurata ex dono domini Gilberti epiſcopi ·

Item vna crux cum paruo pede et crucifixo de argento deaurato et quatuor ymaginibus ſituata ſuper curello fracto ·

Item vna crux de argento deaurata cum tribus lapidibus ligno coopert' ·

Item vna crux de aurecalco ·

Item brachium argenteum ſancti Fergusij cum oſſibus eiuſdem ·

Item vna pixis de criſtallo cum pede argenteo cum diuerſis reliquijs ·

Item le culpe pro euchariſtia de argento deaurato ·

Item due thece de auricalco pro reliquijs conſeruandis quarum vna habet ſex ymagines ex parte clauſa et vnum altare cum calice ſuper altare in qua continentur oſſa ſancte Elene ſancte Katrine ſancte Margarete et Yſaac patriarche et ſancti Duthaci · in alia techa videlicet de veſtimentis beate virginis Marie et de pluribus alijs videlicet oſſa Petri et Pauli et beate Brigide de crini-

bus beati Edmundi archiepiſcopi et exponitur per epiſcopum Henricum de Lychton pro deauratione de la pede coſtri euchariſtie dat' per dictum dominum epiſcopum ·

Item vnus anulus argenteus cum lapide de columpna datus per Nicolaum Lyſſuris ·

Item vnus anulus argenteus cum lapide quadrato coloris rubei ·

Item vnus anulus aureus cum lapide de columpna datus per Elenam de Lychton ·

Item lapis criſtalli in argento coopertus ·

Item vna pixis eburnea data per magiſtrum Henricum Rynde ·

Item vnum jocale de auro cum ymagine pietatis datum per dominum Johannem Forſtare militem ·

Item due corone de argento deaurate pro Chriſto et noſtra domina cum lapidibus ·

Item quinque burſe auree cum reliquijs ſanctorum ·

Item quinque phiole argentee · Item tres ampulle argentee ·

Item vnum jocale euchariſtie de argento deauratum ad modum caſtri cum laberello · datum per dominum Henricum de Lychton epiſcopum Abirdonenſem in cuius ſummitate ponitur jocale aureum cum ymagine pietatis datum per dominum Johannem Forſtar de Corſtorfyne vt ſupra ſcribitur ·

Item vna peluis cum lotorio de argento ex dono domini Gilberti epiſcopi ·

Item due pelues argentee pro lauacro in circumferencijs deaurate date per dominum Henricum epiſcopum Abirdonenſem cum circumſcriptione vtriuſque peluis ſic incipiente HENRICUS DEI GRATIA EPISCOPUS ABIRDONENSIS FECIT NOS FIERI AD MAGNUM ALTARE ECCLESIE CATHEDRALIS EIUSDEM ANNO DOMINI MILLESIMO QUADRINGENTESIMO TRICESIMO TERTIO ET QUICUMQUE NOS AB ISTO ALTARI ALIENAUERIT SIT A DEO ET A NOSTRA DOMINA MALEDICTUS ET IMPERPETUUM CONDEMPNATUS AMEN ·

Item vnum turribulum argenteum cum duobus de auricalco ·

Item vnum magnum turribulum argenteum datum per dominum Henricum de Lychton epiſcopum Abirdonenſem ·

Item due mitre · vna precioſa de perllis et lapidibus precioſis et a parte ante xiij lapides deficientes et a parte poſt xj lapides de quibus reſtant vj lapides in ciſta communi et tres fanones de dicta mitra remanentes in dicta ciſta et tria pendilia aurea de dicta mitra in predicta ciſta et quartum pendile abſens ·

Et altera mitra de ſerico deaurata cum lapidibus ·

Item duo paria cyrothecarum pro epiſcopo cum duobus jocalibus ymaginibus ſanctorum Jacobi et Johannis incluſis · et in circumferencijs deaurata · data per dominum noſtrum Henricum epiſcopum Morauienſem ·

Item vnus magnus anulus aureus et notabilis tantum pro epiſcopo conueniens cum magno ſaphiro et lapidibus precioſis incluſis datus per Alexandrum epiſcopum ·

Item duo baculi paſtorales de argento quorum vnus eſt deauratus et caput alterius baculi deauratum et melior baculus datus per Alexandrum epiſcopum ·

Item duo tyſtris euuangeliorum · vnum de argento deauratum et aliud de auricalco deauratum quorum vnum caret ymagine beate virginis ·

Item quatuor ſcrenia magna pro libris etc ·

Item quinque ciſte rotunde de prucia ſerate ·

Item ſex cagete magne quarum vna fuit diſtructa tempore Tynnyngame archidiaconi ·

Item j grete leteron cum iiij^{or} candelabris ereis magnis de donatione Alexandri epiſcopi ·

Item quatuor alia candelabra antiqua ·

Item duo candelabra pro magno altari de donatione magiſtri Henrici Rynde theſaurarij ·

Item quatuor cuſyne de dono domini Henrici Lychton epiſcopi ·

Item memorandum quod Henricus de Lychton epiſcopus Aberdonenſis contulit incudem magnam eccleſie et canonicis Abirdonenſibus primo die menſis Januarij anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo ·

Item vna cathedra ferrea · Item a creſſent ·

[Item quatuor candelabra ferrea ex dono magiſtri Henrici Rynde theſaurarij Abirdonenſis ·

Item vna pera ſerica margaritis inſerta ex donatione venerabilis viri magiſtri Thome Edname quondam canonici Aberdonenſis ·

Memorandum quod omnia iocalia ſupraſcripta reperta et viſa erant xxvj die Februarij anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo ·

Memorandum quod omnia iſta iocalia et omnia alia contenta in antiquo libro papirio viſa et oſtenſa erant quinto die menſis Marcij anno Domini m° cccc^mo octuageſimo ſexto ·

Item vnum paruum coclear argenteum datum per Thomam Prat ·

Memorandum quod iſta iocalia et omnia alia contenta in libro antiquo papirio viſa et oſtenſa erant xxv die Februarij anno Domini m^mo cccc^mo octuageſimo ſeptimo ·

Memorandum quod omnia iſta iocalia oſtenſa et reperta erant iij° die Marcij anno Domini etc. lxxxix ·

Memorandum quod omnia iſta iocalia oſtenſa et reperta erant xxij° Februarij anno [M.CCCC.] nonageſimo ·

Memorandum quod omnia iocalia ſupraſcripta oſtenſa et reperta erant xij die Marcij anno Domini etc. nonageſimo primo ·

Memorandum quod omnia iocalia ſupraſcripta oſtenſa et reperta erant xxvj^to die Februarij anno Domini etc. nonageſimo ſecundo ·

Memorandum quod omnia ſupradicta iocalia oſtenſa et reperta erant xvij Februarij anno etc. nonageſimo tertio ·

Memorandum quod omnia iocalia ſupradicta oſtenſa viſa et reperta ſunt per theſaurarium et archidiaconum et rectorem de Clat alijs nono die menſis Marcij anno etc. lxxxxiiij .

xxij Februarij anno Domini m° etc. lxxxxvj^to viſa fuerunt iocalia predicta per nos decanum · cantorem · theſaurarium · rectores de Clat Banchory Deyr et Lunmey ·]

Pro altari nostre domine ·

In primis a rede veſtiment de ſerico deauratum cum ceteris pecijs eiuſdem veſtimenti datis per dominum Donaldum de Bute ·

Item vnum veſtimentum de rede ſatyne cum ceteris pecijs per epiſcopum Alexandrum mutuatum domino Willelmo ·

Item tres mappe et duo frontalia · vna mappa expenditur in vna camiſia pro le charbukyll · due furate vnde reſpondebit Wilhelmus ſacriſta ·

Item due pecie de ſerico blaueo ſtellate cum ymagine crucifixi ·

Item vna pecia de burde aliſander et alia de baſtardſilke ·

Item vnum corporale cum caſula · Item vnum manutergium pro lauacro ·

Pro altari beati Michaelis ·

In primis vnum veſtimentum de grene ſilke cum ceteris pecijs etc ·

Item duo mappalia et vnum manutergium ·

Pro altari beati Johannis .

In primis vnum veſtimentum nigrum de la baſtert ſchilke cum hac ratione in quadam corona · Aue Jheſu et Maria ·

Item ij tualis pro altari eiuſdem que quondam fuerunt pro capella domini Henrici. de Lychton epiſcopi Abirdonenſis · Item ij tualis empta per magiſtrum Duncanum de Lychton cancellrium · Item vnus calix de ſtanno · vnum corporale · vna pendula pro veſtimentis ·

[Ornamenta pro altari ſancti Johannis ewangeliſte in eccleſia cathedrali Aberdonenſi ex dono domini Walteri Ogilby domini de Deſkfurde · Primo vnus calix argenteus deauratus · vnum corpo-

rale cum le caſe · duo mappalia cum vno frontali de weluat rubeo · due albe · vna caſula de burde alexandro · vna ſtola · vnus manipulus vnum puluinar de worſet viridi · vnus pannus pro conſeruacione mappalium · a caſe pro conſeruacione calicis · due amicte ·]

Pro altari beate Katerine ·

Vnum veſtimentum de ſerico albo cum frontali · Vnum corporale cum caſula et alba cum ceteris pecijs ·

Pro altari sancte Katerine ·

Conſtat ex donatione venerabilis viri magiſtri Johannis Clatt canonici Abirdonenſis ad idem altare ·

In primis videlicet vnum tabernaculum ſituatum deſuper idem altare et ornauit idem diuerſis picturis varij coloris cum clauſura extrinſeca · necnon et multis alijs ornamentis eidem altari neceſſarijs ·

Item optulit Deo et beate Marie eccleſie cathedralis de Abirdene vnam capam ſericam deauratam que vocatur Clatt ·

Item optulit Deo et beate Marie eccleſie predicte vnum veſtimentum integrum de nigro werſed ad ſeruiendum eccleſie in anniuerſarijs et obitibus omnium ſuorum predeceſſorum et ſucceſſorum videlicet iij capas de eodem [cum] vna caſula et ij tuniculis ·

Item optulit beate Marie vnum candelabrum pro cereis ſuperponendis prope eius ymaginem collocatum ·

. . . . . .

[*folium amiſſum* ·]

Carte et euidencie ·

. . . . . .

Littera Willelmi de Ketht mariſcalli Scotie ſuper ſecundis decimis de Obyne ·

Inſtrumentum compoſicionis inter Adam epiſcopum Aberdonenſem et dominum Willelmum de Ketht penes ſecundas decimas de terris de Obyne et de Skene ·

Littera Roberti gubernatoris Scotie de ſecundis decimis foreſtarum de Boyne et de Ayne ac baronie de Ketht infra vicecomitatum de Banff exiſtentium ·

Preceptum domini Jacobi de Lyndeſay de ſoluendis ſecundis decimis de Fermartyne ·

Littera regis Roberti de omnibus eſchaetis wardis et releuijs et ſecundis decimis infra vicecomitatus de Aberdene et Banff ·

Inquiſicio facta per dominum Robertum de Lawadre camerarium Scocie et dominum Radulphum de Meltoun theſaurarium quod epiſcopi Abirdonenſes fuerunt et ſunt in pacifica poſſeſſione iuris percipiendi ſecundas decimas infra vicecomitatus de Aberdene et de Banff ·

Preceptum Roberti gubernatoris Scotie de ſoluendo ſecundas decimas eccleſie Abirdonenſi infra vicecomitatus de Aberdene et de Banff ·

Inſtrumentum vidimus ſuper certis munimentis penes ſecundas decimas debitas eccleſie Aberdonenſi ·

Bulla Adriani confirmationis terrarum epiſcopi Aberdonenſis ·

Item copia eiuſdem ·

Bulla Innocencij III. ſuper eadem ·

Bulla Clementis tertij ſuper eadem ·

Donatio eccleſie de Logy in Buchania eccleſie Abirdonenſi per regem Dauid ·

Confirmatio dicte eccleſie de Logy per epiſcopum Alexandrum ·

Confirmatio Henrici epiſcopi ſuper vnione eccleſie de Logy menſe capitulari Aberdonenſi ·
Indentura ſuper omnibus impoſitis eccleſie de Logy .
Inſtrumentum poſſeſſionis apprehenſe per capitulum de Logy ·
Fundatio capellani de Logy ·
Commiſſio vnionis de Logy ſub bulla plumbea ·
Proceſſus habitus et factus ſuper dicta commiſſione per iudicem et executorem apoſtolicum ·
Inſtrumentum ſuper poſſeſſione eccleſie de Logy vigore dicti proceſſus ·
Notificatio Johannis epiſcopi Abirdonenſis quod eccleſia de Fordyſſ ſpectat ad communem canonicorum ·
Donatio regis Roberti de eccleſia de Rathyne ad communem canonicorum ·
Confirmatio Henrici epiſcopi Aberdonenſis de dicta eccleſia de Rathyne ad communem dictorum canonicorum ·
Confirmatio donationis eccleſie de Kyndrumy ad communem canonicorum ex dono Thome comitis Marrie · Et donatio comitis de Marr ·
Vnio eccleſiarum de Kyndrumy et de Cloueth ·
Donatio comitis Duncani de Logy in Marr ·
Erectio eccleſie de Inuernochty in prebendam ·
Collacio patronatus de Kyncardyne per Duncanum comitem de Marr ·
Erectio eccleſie de Turraff in prebendam ·
Vnio de Fyvy facta prioratui de Fyvy et quod prior ſoluet vj marchas annuatim vni capellano in eccleſia Aberdonenſi cum habitu ſufficiente ·
Inſtrumentum de eccleſia de Ellone de manſione donatione Regis reſignatione rectoris collatione epiſcopi fundatione capellanie et inſtitutione et de habitu ·
Item littera vnionis capellanie de Galchol et iiij^{or} marcarum prebende de Ellone ·
Confirmatio regis Roberti de ſex marchis vni capellano de terris

de Authydonolde pro anima domini Willelmi Calabyre et littere ſaizine annui redditus iiij^{or} librarum de eiſdem et alia littera ſuper eadem ·

Item carta domini de Ketht ſuper donatione eiuſdem ·

Confirmatio Clementis pape ſeptimi de dictis ſex marcis ·

Confirmatio donationis manſionis capellanie de Calabyre et augmentationis eiuſdem vſque ad fontem beate Marie ·

Carta capituli Aberdonenſis de xiij ß. iiij ð. per Dauid de Sprowſton in ſuſtentationem vnius capellani in eccleſia Aberdonenſi ·

Carta Alexandri epiſcopi Aberdonenſis de quadam pecia terre empta a Ricardo Wrycht ·

Carta capellanorum auſtralis partis eccleſie Aberdonenſis epiſcopi Alexandri primi ·

Carta Hugonis de Roſſe de Fola roule · et confirmatio Regis ſuper capellania de Fola roule fundata per Adam Pingile ·

Et carta ipſius Ade ſuper eadem et littera reſignationis de fola roule ·

Donatio tofte et crofte capellano de Garuiach et confirmatio Regis ſuper eiſdem ·

Fundatio duorum capellanorum facta per dominum Henricum epiſcopum Aberdonenſem ſuper hoſpitali ſancti Petri et bulla Eugenij confirmationis ſuper eadem ·

Indentura de Dere ſuper xiij ß. iiij ð. de terris de Feythil et littera venditionis Laurencij de Foty ſuper eadem .

Preſentatio per fratem prioratus ſancte trinitatis de Aberdene de capellano perpetuo in eccleſia beati Nicolai de Aberdene ·

Carta Dauid de Cowentre de tenemento inter terras Roberti Cowpare et Duncani Hervy ·

Obligatio Alexandri Balcrumby de decem marchis de Galchole ·

Carta Iſabelle Curtaſton ſuper vno tenemento empto per Henricum epiſcopum Aberdonenſem iacente in vico furcarum et carta venditionis eiuſdem ·

Carta confirmationis quadraginta ſolidorum anniuerſariorum domini Gilberti Grynlaw Ade Forſtare et Roberti regis Scotorum ·

Carta donationis ſiluarum et aliarum libertatum terre de Galchole ·
Carta Dauid regis Scotorum ſuper terras de Galchole ·
Capellanie fundate per Robertum de Ketht mariſcallum Scotie in eccleſia cathedrali de Aberdene ·
Confirmatio Roberti ducis Albanie gubernatoris Scotie de dictis capellanijs et alie littere diuerſe ſpectantes ad dictas capellanias ·
Indentura anniuerſarij magiſtri Johannis Carron cum quatuor ſigillis ·
Carta Dauid regis creationis de Fillortht in prebendam ·
Litera creationis eccleſie de Turreff in prebendam ·
Carta donationis manſionis de Inuernochty ·
Statuta capituli cum ſigillo eiuſdem ·
Statuta Ricardi epiſcopi Aberdonenſis ·
Statuta Petri epiſcopi Aberdonenſis ſub ſigillo eiuſdem et capituli ·
Litera renuntiationis comitiſſe de Garuyacht et reſtitutionis eccleſie Aberdonenſis de terris de Ardlare ·
Confirmatio comitis de Marr de terris de Ardlare et Toquhire ·
Inquiſitio Willelmi de Tulidef de Lentuſche et Rothmaſe ·
Carta domini de Melros de Toquhire ·
Litera quieteclamationis Farchardi M^c^Kyntochi de terris de Bras ·
Tres littere patronorum eccleſie de Rothſen de creatione prebende eiuſdem ſcilicet littera domini Regis epiſcopi ſancti Andree et epiſcopi Aberdonenſis ·
Item carta creationis eiuſdem cum duobus ſigillis ſcilicet domini epiſcopi et capituli et ſubſcriptionibus canonicorum ·
Item litera creationis de Monymuſk in prebendam cum conſenſu domini epiſcopi ſancti Andree ·
Litera confirmationis de tabula per dominum Ingeramum epiſcopum Aberdonenſem ·
Decretum inter epiſcopum Aberdonenſem ex vna et dominum Hugonem de Wellys vicarium de Nyg parte ex altera de et ſuper piſcibus decimalibus ex parte auſtrali de Dee ·
Litera teſtimonialis domini Alexandri de Iruwyne militis de ſurſum redditione de Dulmayoc et Petbrechare ·

Protectio Regis pro ecclesia Aberdonensi ·

[Item vna litera assedationis de certis batellis facta abbati de Aberbrothoc ad terminum nouemdecim annorum ·

Item vna litera testimonialis de obediencia facta per abbatem de Cupro in Angusia ·

. . . . . .

Fundatio duorum capellanorum facta per magistrum Johannem Clat canonicum Aberdonensem in ecclesia eiusdem super altari sancte Katerine virginis ·

Primo carta de venditione magistri Laurencie Piot archidiaconi Aberdonensis de vno annuo redditu de Auchlevyn vj marcarum cum littera sasine et instrumento possessionis quem annuum redditum dictus archidiaconus emit a domino Valtero Ogylvy milite ut patet per litteras suas in sista communi et precipue litteram concensus dicti domini Valteri vt dictus archidiaconus alienauerit dictum annuum redditum dicto magistro Johanni de Clat ·

Item carta iiij marcarum cum littera sasine et instrumento possessionis emptarum ab Alexandro de Forbas de Petslego de terris suis de Lethindy ·

Item carta vigenti solidorum vnius annui redditus empti a Willelmo Red de Colston cum littera sasine et instrumento possessionis vna cum littera licentie venditionis a domino de Fillortht a quo tenet de terris suis de Lytil Drumgwedyl ·

Item carta domini nostri regis de mortificatione dictorum annuorum reddituum prescriptorum · Item carta predicti magistri Johannis de donatione capellanie dictorum annuorum reddituum in ecclesia cathedrali Aberdonensi ad altare prelibatum ·

Item carta prefati magistri Johannis de ceteris redditibus de burgo de Aberdene de duodecim marcis vt patet in vna indentura inter prefatum magistrum Johannem et nepotem suum Duncanum de Clat iacente in cista communi ecclesie cathedralis · Item carta donationis prefati magistri Johannis de dicta capellania fundata in ecclesia cathedrali ad dictum altare beate Katerine virginis ·]

HIC INCIPIT INUENTARIUM ET REGISTRUM [LIBRORUM] ECCLESIE ABIRDONENSIS QUOS RECEPIT MAGISTER DUNCANUS DE LYCHTON CANCELLARIUS ECCLESIE ABIRDONENSIS XII° DIE MENSIS MARCII ANNO DOMINI M.CCCC.LXIIII ·

ET PRIMO LIBRORUM THEOLOGIE ·

Vna parua minuta biblia in parua litera in ſecundo folio textus *prolonge figur'* · ¶ Vna cum quaterno ante inceptum biblie in ſecundo folio *extenſio eccleſie* · Et cum vno quaterno de interpretationibus hebraicorum nominum in fine biblie incipiente *a. s.* et in fine *poſui conſilium* · ¶ Vna biblia in aſſeribus in ſecundo folio incipiens *Et ſub veſte* non completa · ¶ Vna biblia in aſſeribus non completa in ſecundo folio *Pene ſillabice* · ¶ Vna biblia non completa in ſecundo folio *Vixit* · ¶ Vnus textus ſententiarum Petri commeſtoris incipiens in ſecundo folio *Vterum ſemel* · ¶ Vnus textus ſententiarum in ſecundo folio *Quare ſpiritus* · ¶ Libri LEUITICI NUMERI DEUTERONOMII in vno volumine in ſecundo folio *De bobus* · ¶ Libri Joſue Judicum Ruth Thobie Judith Heſter in ſecundo folio *In inferioribus* in vno volumine · ¶ Libri Ezechielis Yſaias in volumine in ſecundo folio *jori impoſuit* · ¶ Quatuor libri Regum duo Paralipomenon et duo libri Machabeorum in vno volumine in secundo folio *Prophetarum* · ¶ Summa confeſſorum in ſecundo folio *De vſu pallij* · ¶ Sermones dominicales Jacobi Januenſis in ſecundo folio *an.* et ſermones Jacobi Januenſis de ſanctis in ſecundo folio *vit ſingulariter* . ¶ Lectura ſuper librum ſententiarum in

afferibus cooperta coreo albo in ſecundo folio *Quod angelus* · ¶ Iſydorus de ſummo bono et quedam concordancie ſuper libro Senicie in ſecundo folio *Eius eſt* · ¶ Secunda ſecunde fratris Thome de Aquino in [ſecundo] folio *Quorum eſt intellectus* · ¶ Auguſtinus de ciuitate Dei in afferibus in ſecundo folio *Et ſententia* · ¶ Lectura ſententiarum in afferibus in primo folio *Spiritus eius ornauit celos* et in ſecundo folio *In quantum* · ¶ Lectura ſententiarum et incipit *Vtrum frui* · et in ſecundo folio *Anime* · ¶ Tabula ſubtilis ſcoti et incipit *Abſtractio* et in ſecundo folio *Vtrum habitus* · ¶ De proprietatibus rerum in vno volumine in ſecundo folio *Et ſpiritus ſancti* · ¶ Alius liber de proprietatibus rerum in ſecundo folio *Nec ibidem* · ¶ Manipulus florum incipit in ſecundo folio *Ad celenciam* · ¶ Liber de naturis animalium incipiens in ſecundo folio *aquatilium* · ¶ Epiſtole Senece ad Paulum et Lucillum cum tractatibus xiiij in ſecundo folio *in tua perſona* · ¶ Manipulus florum in ſecundo folio *Auguſtinus in libro de queſtionibus* · ¶ Queſtiones ſiue lectura ſententiarum que incipiunt in primo folio *Exemplo veri* et in ſecundo folio *angelorum* · ¶ Expoſitio beati Ambroſij ſuper beati immaculati in ſecundo folio *rimus* · ¶ Liber confeſſionum beati Auguſtini in ſecundo folio *Cedam* · ¶ Tabule ſuper valerianum et incipiunt *Ut de infraſcripta* et in ſecundo folio *Inferre* · ¶ Liber Ancelmi et incipit *Tres tractatus* et in ſecundo folio *Veritatem* · ¶ Sermones de ſanctis et incipit *In baculo meo* et in ſecundo folio *s. vt ad fidem* · ¶ Barnardus ſuper geneſim *Terra autem erat* et in ſecundo folio *Addidit* · ¶ Summa cantoris pariſienſis in ſecundo folio *Vias* cum alijs diuerſis tractatibus . ¶ Expoſitiones epiſtolarum Pauli et in ſecundo folio *Explicit* · ¶ Quodlibeta octaui et incipit *Prima queſtio* et in ſecundo folio *In aliquo* · ¶ Queſtiones Johannis Scoti ſuper primo ſententiarum et incipiunt *Circa prologum* et in ſecundo folio *Methafeſicam* in vno volumine · Paſtorale beati Gregorij beati Ambroſij de officijs miniſtrorum eccleſie · ¶ Liber beati Barnardi ad Eugenium papam in ſecundo folio *mundi* · ¶ Concordancie librorum ſententiarum in textu et incipit *lyb' ſolide* et in ſecundo folio *ginui* · ¶ Paſtorale Ambroſij in ſecundo folio

epiſcopum non alitam · ¶ Iſydorus ſuper vetus teſtamentum in ſecundo folio *Quare autem primo* · ¶ Tituli ſermonum quinte partis collectorij in ſecundo folio *contra Adam* · ¶ Epilogatio totius biblie in papiro in ſecundo folio *Audiens Jacob* · ¶ Barnardus ad Eugenium coopertus in parchameno in ſecundo folio *Neque enim* · ¶ Legenda aurea in ſecundo folio *de ſancta Maria Magalena* · ¶ Epiſtola Pauli ad Romanos in ſecundo folio *Conſecutos* . ¶ Pſalterium gloſatum in ſecundo folio *In via* · ¶ Legenda aurea in ſecundo folio in textu *De ſancto Geruaſio* · ¶ Pſalterium pulchrum in ſecundo folio *Qui habitat caput meum* in ſtallo de Elon · ¶ Vnus liber qui dicitur aurora editus nuperrime ſuper biblia in ſecundo folio *vt Zacharia* · ¶ Catholicon gloſata in ſecundo folio *spectacule* · ¶ Hyſtoria Troiana in ſecundo folio *In Troianorum* · ¶ Magiſter de Hyſtoria ſuper biblia datus per magiſtrum Henricum cantorem incipit in ſecundo folio *tro diſpoſitionem* · ¶ Liber de eccleſiaſtica poteſtate ex donatione dicti magiſtri Henrici in ſecundo folio *Eſt ſpiritualis* · Liber de confeſſionibus ex donatione Willelmi Calabre qui incipit *miſericors* et in ſecundo folio *In quo docemur* · ¶ Item quinque libri in vno volumine · Primus de bellis Aſſeriorum · Secundus de bellis Troianorum · Tertius de bellis Britonum · Quartus de paſſagio ad terram ſanctam · Quintus de mirabilibus mundi incipit in ſecundo folio *Dico autem preſidem* ex donatione magiſtri Henrici Hervy cantoris · ¶ Scotus in libro ſententiarum incipit *Samaritanus* et in ſecundo folio *nec creare* · ¶ Queſtiones magiſtri Johannis Scoti ſuper tres libros ſententiarum in ſecundo folio *Audeant* · ¶ Vnum pontificale ſolempne ex dono Ingerami epiſcopi Abirdonenſis incipiens in ſecundo folio *Seruos tuos* · ¶ Vnum aliud pontificale in ſecundo folio *Ordo ſeptem graduum* · ¶ Item vnum aliud pontificale in ſecundo folio *luiſti* · ¶ Veſtiale et liber de eccleſiaſticis officijs incipit in ſecundo folio *tendit finitis* . ¶ Sermones de quibuſdam ſanctis incipit de ſecundo folio textus *Et aſper* · ¶ Vnum manuale in peramino incipit in ſecundo folio *Unaqueque* ex dono magiſtri Henrici Rynde · ¶ Vnum pontificale incipiens *Ad caſulam* et in ſecundo folio incipit *Benedictio* ·

INCIPIUNT LIBRI IURIS ·

Vnus liber decretalium incipiens in ſecundo folio *Ad ſalutem* · ¶ Alius liber decretalium in ſecundo folio *Vidimus* · ¶ Alius liber decretalium in ſecundo folio *Ex Maria* · ¶ Decretales parue in aſſeribus et in ſecundo folio in textu *nariam eſſe fatetur* · *vij R'* · ¶ Alius liber decretalium in ſecundo folio *Epiſcopus ſanctus* ablatus per magiſtrum Robertum Stewart prebendarium de Turreff · ¶ Decretum incipiens in ſecundo folio *Quod eſt corrigat* · ¶ Decretum incipiens in ſecundo folio in textu *Prouincie R'* · ¶ Decretum modici valoris ablatum per magiſtrum Johannem Barber cantorem · ¶ Sextus gloſſatus per cardinalem in ſecundo folio in textu *bus* coopertus nigro · ¶ Summa de caſibus Oſtenſis in ſecundo folio *Noue legis* .. ¶ Nouella Johannis Andree ſuper decretales in duobus voluminibus prima pars in ſecundo folio *Vſque* et ſecunda pars in ſecundo folio *Exceptionem* · ¶ Nouella Johannis Andree ſuper ſextum in ſecundo folio *Certa* · Et in mercurialibus in alio volumine coopertus pellibus viridibus in ſecundo folio [ ] · ¶ Diuus de regulis iuris in pellibus viridibus in ſecundo folio *ciat* · ¶ Lectura ſuper decretales in ſecundo folio *Credit eccleſiam* · Lectura Innocencij in aſſeribus in ſecundo folio *Sedis* · ¶ Speculum iudiciale in ſecundo folio *Singulis* · ¶ Aliud ſpeculum iudiciale in ſecundo folio *Mittere* · ¶ Roffredus de ordine iudiciorum in ſecundo folio *rius* · Extrauagantes Johannis pape xxij gloſſatum per Geſſelinum cum apparatu Willelmi de monte lauduno ſuper clementinas in ſecundo folio *Ac ſi* · ¶ Lectura Willelmi Tarleth ſuper ſextum in papiro in ſecundo folio *Solum bene* · ¶ Roſarium archidiaconi ſuper decretum in duobus voluminibus primum volumen in ſecundo folio *jus naturale* ſecundum volumen in ſecundo folio *Mathei* · ¶ Repertorium magiſtri Willelmi Durandi in ſecundo folio *Non veni* · ¶ Summa monaldi in ſecundo folio *Item abbas* · ¶ Martiniana decretorum et decretalium cum ſacramentali Willelmi de Monte haudino in vno wolumine in ſecundo folio *Prelati* · ¶ Sextus et Clementine cum lectura Johannis Andree in ſecundo folio *Labo-*

ribus · ¶ Apparatus archidiaconi in ſecundo folio *Sponſare* · ¶ Cronica Martini de papis et imperatoribus in ſecundo folio *Te filij* · ¶ Sextus in ſecundo folio *Incommutabilis* · ¶ Sextus et Clementine in vno volumine cum apparatu Willelmi de monte lauduno in ſecundo folio *Fragranti diuina* · ¶ Lectura prima Johannis Andree ſuper ſexto in ſecundo folio *Jubemus* · ¶ Archidiaconus ſuper ſextum in ſecundo folio *Hereticum* · ¶ Martiniana decreti et decretalium in ſecundo folio *Quod abbas* · ¶ Willelmus de Mandagota ſuper electionibus in ſecundo folio *Poſt conſenſum* · ¶ Speculum iudiciale modici valoris in ſecundo folio *Tradita* · Tancretus de iudicijs in ſecundo folio *Pertractato* · ¶ Lectura Innocencij quarti ſuper decretales in ſecundo folio · *q* · *i* · ¶ Clementine cum conſtitutionibus Johannis pape xxij in vno volumine in ſecundo folio in textu *Manifeſtatis* · Prima pars Henrici Boyk et in ſecundo folio *i* · *q* · *ſeptima* · Secunda pars Henrici Boyk in ſecundo folio *Loquitur* · ¶ Diſtinctiones decretalium magiſtri Petri Samne in ſecundo folio *ria ſabbati* · ¶ Summa Goffridi de Trano in ſecundo folio *getur* · Ordo iudiciarius in ſecundo folio *Vti vel* · ¶ Summa Raymundi de matrimonio in ſecundo folio *Permutationis* · ¶ Decretales et incipiunt in textu *Filij hominum* et in ſecundo folio *Dignitatis* · ¶ Apparatus Villelmi de Monte lauduno ſuper Clementinis in ſecundo folio *hibens* · ¶ Repertorium Willelmi Durandi in ſecundo folio *Ignorantia* · Vna gloſſa decreti ſine aſſeribus *Hec* in textu · ¶ Liber de extrauagantibus Johannis pape xxij cum apparatu Geſſelini et cronica Bruti ex dono domini Alexandri Kynnynmunde epiſcopi et incipit in ſecundo folio *Judicium* in textu et in gloſſa *Nulli* · Tractatus Willelmi de Monte hauduno et incipit *Kariſſimo filio ſuo* et in ſecundo folio *Effectus verborum* · ¶ Vna rotula de cronicis ex vtroque latere ſcripta et incipit in primo latere *Quinque plagas* et in ſecundo latere *Principio mundi* · ¶ Decretum cuius textus incipit in ſecundo folio *Penitus officio* ex donatione venerabilis viri magiſtri Thome Edname quondam canonici Aberdonenſis · ¶ Alius liber decretalium in ſecundo folio *Ad illam communem* ex donatione eiuſdem magiſtri Thome · ¶ Repertorium Henrici Buyk in ſecundo folio *Vtrum in electionibus* ex donatione eiuſdem · ¶ Vnum tem-

porale notatum ad ſtallum de Clat donatum per eundem in ſecundo folio *Teſpiritus* · ¶ Vnum breuiarium ad altare Sancti Andree in ſecundo folio *Patria communis* ex donatione eiuſdem · Vnum pſalterium in ſecundo folio *Ipſi in deo eius* ligandum ad altare antedictum Sancti Andree ad beneplacitum filij ſui magiſtri Duncani Scherar prebendarij de Clat ·

Libri iuris ciuilis ·

Digeſtum vetus in ſecundo folio *Noſtrorum ordinatione* in textu *Premunirent* · ¶ Lectura ſuper codice incipiens *Cum poſt* et in ſecundo folio *Quandoque ponitur* · ¶ Apparatus ſuper codice et incipit *Juris operam* et in ſecundo folio *Quod conſtare* · Digeſtum vetus incipit in ſecundo folio *Quod communicare non poſſit* · Digeſtum nouum de dono magiſtri Thome Forſtar in ſecundo folio in textu *Prohibetur* · ¶ Codex in ſecundo folio in textu *Cum minime aduerſantur* · ¶ Caſus longi digeſti noui et inforciati in ſecundo folio *Non habeo* · ¶ Summa Roffredi iuris ciuilis in ſecundo folio *Non ſic* · ¶ Cuias ſuper codicem in litera multum currente in ſecundo folio *Via* · ¶ Codex de dono magiſtri Thome Froſtar in ſecundo in rubro *de ſacroſanctis eccleſijs* · non reperitur · ¶ Liber codicis ex dono eiuſdem in ſecundo folio in rubro *de ſacroſanctis epiſcopis* et in nigro incipit *Hec eſt* · Digeſtum nouum in ſecundo folio *Opus fiat etc* ·

Jocalia ·

In primis decem calices argentei deaurati · Et decem patene deaurate et vna patena mutuata in Rane per magiſtrum Thomam Tynnygam · ¶ Item vna patena de numero illarum dictarum perdita per eundem archidiaconum in hac eccleſia · ¶ Memorandum quod vnus de ſupradictis calicibus cum patena per magiſtrum Johannem Clat deperditus pro quo ipſe contulit nouum · ¶ Item magiſter Hen-

ricus Rynde theſaurarius contulit vnum calicem argenteum partim deauratum · ¶ Item vnum calicem argenteum per dominum Ingeramum epiſcopum portatum de capella de Rane · ¶ Item vnum calicem deauratum ex dono domini Walteri Ogilvy pro altari ſancti Johannis · ¶ Item vnus calix argenteus pro altari beati Machorij datus per dominum Ricardum Forbeſ decanum Abirdonenſem · Et ſic in toto ſunt quindecem calices et tredecem patene · ¶ Item vnum crucifixum argenteum deauratum cum magno pede · ¶ Item vna crux in qua eſt pars ligni dominici de argento · ¶ Item vna crux in qua eſt pars ligni ſancti Andree de argento deaurato ex dono domini Gilberti epiſcopi · ¶ Item vna crux cum paruo pede et crucifixo de argento deaurato cum quatuor ymaginibus deauratis ſituata ſuper curillo · ¶ Item vna crux de argento deaurato cum tribus lapidibus ligno coopert' · ¶ Item crucem de auricalco · ¶ Item ex dono magiſtri Henrici Hervy cantoris Aberdonenſis vnus annulus aureus cum a gren ſtane · Item ex dono eiuſdem vnum monile aureum cum tribus rubeis et tribus peirlis · ¶ Item ex dono eiuſdem vnus annellus argenteus cum magno capite in quo continetur crucifixus Marie et Johannis · ¶ Item brachium argenteum ſancti Ferguſij cum oſſibus eiuſdem · ¶ Item vna pixis de criſtallo cum pede argenti deaurati cum diuerſis reliquijs · ¶ Item le culp pro eukariſtia de argento deaurato · ¶ Item due thece de auricalco pro reliquijs conſeruandis quarum vna habet ſex ymagines ex parte clauſa et vnum altare cum calice depicto ſuper altare depictum in qua continentur oſſa ſancte Elene Katrine et ſancte Margarete et Yſaac patriarcharum et ſancti Duthaci · ¶ Item in alia theca videlicet de veſtimentis beate wirginis Marie et de pluribus alijs videlicet oſſa Petri et Pauli et beate Brigide de crinibus beati Edmundi archiepiſcopi · ¶ Item vnum jocale eukariſtie de argento deaurato ad modum caſtri cum le barillo datum per dominum Henricum de Lychton epiſcopum Aberdonenſem in cuius ſummitate ponitur jocale aureum cum ymagine pietatis datum per dominum Johannem Froſtar de Cyrſtorfyn · ¶ Item vnus annulus argenteus cum lapide de columpna datus per Nicholaum Leſur · ¶ Item vnus annulus au-

reus cum lapide de columpna datus per Elenam de Lychton · ℂ Item lapis criſtalli de argento coopertus · ℂ Item vna pixis eburnea data per magiſtrum Henricum Rynde · ℂ Item due corone de argento deaurate pro Chriſto et noſtra domina cum lapidibus quarum ſex pecie fracte a coronis et ſeruantur in vna burſa pro cuſtodibus theſaurarie · ℂ Item quinque burſe auree · ℂ Item quinque phiole argentee · ℂ Item tres ampulle argentee cooperte cuius vna ampulla deperdita ex miſſione ad Brechyn pro criſmate per dominum Willelmum Donaldi capellanum domini epiſcopi · ℂ Item vnus annulus argenteus cum lapide de criſtallo quadrato datus per quendam Scotum exiſtentem in Francia et per ipſum in Scotiam tranſmiſſus · ℂ Item vnum wche argenti deauratum in quo continetur ymago ſancti Olaui · ℂ Item duo criſtalla · ℂ Item a pax brede de argento deaurato cum ymaginibus beate crucis beate Marie et ſancti Johannis Ewangeliſte ex dono reuerendi patris Thome epiſcopi Abirdonenſis · ℂ Item ex dono eiuſdem epiſcopi duo candelabra deaurata · ℂ Item peluis cum lotorio de argento ex dono domini Gilberti epiſcopi · ℂ Item due pelues argentee pro lauacro in circumferencijs deaurate date per Henricum epiſcopum Abirdonenſem cum circumſcriptione vtriuſque peluis ſic incipiente · HENRICUS DEI GRATIA EPISCOPUS ABIRDONENSIS FECIT NOS FIERI AD MAGNUM ALTARE ECCLESIE CATHEDRALIS EIUSDEM ANNO DOMINI ETC. XXXIII ET QUICUNQUE NOS AB ISTO ALTARI ALIENAUERIT SIT A DEO ET A NOSTRA DOMINA MALEDICTUS ET IMPERPETUUM CONDEMPNATUS AMEN · ℂ Item vna caſula ſerata pro duabus peluibus · ℂ Item vnum turribulum argenteum · ℂ Item vnum magnum thuribulum argenteum datum per dominum Henricum Lychtton epiſcopum Aberdonenſem · ℂ Item cuſtos theſaurarie habet quatuor turres de eodem thuribulo de argento · ℂ Item due mitre vna precioſa de peirlis et lapidibus precioſis ET a parte ante treſdecem lapides deficientes · et a parte poſt xi lapides de quibus reſtant ſex lapides in ciſta communi et iiij^{or} pauones in dicta mitra remanentes in dicta ciſta · et tria pendilia aurea de dicta mitra in predicta ciſta et quartum pendile abſens ℂ Item altera mitra de ſerico deaurata

cum lapidibus · Reſtant in toto cum cuſtode theſaurarie de lapidibus precioſis xi lapides · ℂ Item de dicta mitra in ciſta communi vna pecia valde precioſa ad modum vnius floris cum magno lapide rubeo in medio et ſex lapidibus in circumferencijs · ℂ Item vnum par cerothecarum pro epiſcopo cum duobus iocalibus ymaginibus ſanctorum Jacobi et Johannis incluſis et in circumferencijs deauratis verum vnum perditum per dominum noſtrum Henricum epiſcopum Morauienſem · ℂ Item vnus magnus annulus aureus et notabilis tantum pro epiſcopo conueniens cum magno ſaphiro et lapidibus precioſis incluſis datus per Alexandrum epiſcopum · ℂ Item duo baculi paſtorales de argento quorum vnus eſt deauratus · et caput alterius baculi deauratum · et melior baculus datus per Alexandrum epiſcopum · ℂ Item duo textus ewangeliorum vnus de argento deauratus et alius de auricalco deauratus quorum vnus caret ymagine beate virginis · Item quinque ſcrenia magna pro libris etc. ℂ Item iiij ciſte rotunde de prucia ſerate · ℂ Item ſex cagete magne quarum vna fuit diſtructa tempore Tynyngham archidiaconi · ℂ Item a gret lectron cum quatuor candelabris ereis magnis de donatione domini Alexandri epiſcopi · ℂ Item duo ornamenta pro pedibus ſancte crucis cum duobus criſtallis · ℂ Item quatuor alia candelabra antiqua · ℂ Item duo candelabra pro magno altari de donatione magiſtri Henrici Rynde theſaurarij · ℂ Item memorandum quod Henricus de Lychton epiſcopus Abirdonenſis contulit incudem magnam eccleſie et canonicis primo die Januarij [anno] Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo · Item vna cathedra ferrea · Item a creſſent etc ·

De mitra et contentis in eadem ·

In primis in ſummitate mitre in parte anteriore xiij peyrlis circa le aneamilyn ·

Item in circumferentia diſcendendo a ſummitate a dextero eiuſdem latere xij ſaphiris xj garnatis et viij pavones eiuſdem lateris ·

Item in circumferentia deſcendendo a ſummitate ſiniſtri lateris xj ſaphires x garnatis et viij pavones ·

Item in linea diſcendente triangulariter in parte anteriore a dextra parte xv garnatis ·

Item in linea diſcendente triangulariter ſiniſtre partis eiuſdem lateris xv ſaphiris et xv garnatis .

Item in ſuprema le vche diſcendendo per medium a gret ſaphiere tua mid rubijs a mid ſaphier et thre litill ſaphiris .

Item in þe ſecunde a gret garnat · iiij · midile garnatis · iiij litil ſaphieris and betuix þe tua vchis · ij litil garnatis beneth þe ſecunde vche · ij · litil garnatis ·

Item in þe þride vche diſcendendo per medium a parte anteriore a gret ſaphire · iiij midill garnatis et iiij litil ſaphiris · et vnder þat vche ij litill garnatis ·

Item in þe ferde vche diſcendendo per medium a parte ante · a gret garnat · iiij midil garnatis · et iiij litill ſaphiris et vnder þat ij litil garnatis ·

Item in parte dextra triangulari ab ante in ſuprema parte triangulari a litill garnat et vnder þat an vche in cuius medio a gret garnat et in circumferencia illius vj midil garnatis et vnder þat ij garnatis ·

Item in þe ſecund gret vche in medio j gret anameling vj garnatis et v litill perllis et circumferentia illius iij litil garnatis · et a parte dextera eiuſdem le gret vche j litill vche in cuius medio a midil ſaphir et circum iij litil garnatis .

Item in ſeniſtra parte eiuſdem lateris in parte triangulari tot vches ac lapides et tot perlle vno excepto quot eſt in iſta parte videlicet in le gret vche vj perlle ·

Item in fronte eiuſdem lateris · v · vchis primo inchoando a dextra parte · ij litil garnatis extra le vche et in medio dicti vche a gret ſaphir iiij midil garnatis · iij litil garnatis et a ſaphir Conſequenter in plano ij litil garnatis ·

Deinde in le ſecund vche a gret garnat iiij midil garnatis · a litil garnat et iij litil ſaphiris deinde in plano j litil garnat ·

In tertio le vche in medio a gret ſaphire iiij midil garnatis et iiij litil ſaphiris deinde in plano j litil garnat ·

In quarto le vche in medio a gret garnat iiij midil garnatis iij litil ſaphiris et a litil garnat et in plano ij litil garnatis ·

Item in quinto le vche a parte ante a gret ſaphir iij midil garnatis et iiij litill ſaphiris deinde in plano ij litil garnatis deinde in circumferentia a parte ante eiuſdem lateris · xiij litil garnatis et a gret ruby ballas in medio et xii litil ſaphiris et a gret ſaphire ·

Item in le gawele a parte dextra et a parte ante vij litil ſaphiris et vj litil garnatis ·

Item in le gawille in feniſtra parte ante eiuſdem lateris · vij litill ſaphiris et vj litil garnatis ·

Item in ſummitate mitre in parte poſteriori xiij perlles circa anamiling ·

Item in circumferencia diſcendendo in dextra parte eiuſdem lateris xij litil garnatis et xij litil ſaphiris et viij pavones ·

Item in circumferentia diſcendendo in feniſtra parte xij litil garnatis et xij litil ſaphiris et viij pacokis ·

Item in parte triangulari dextre partis eiuſdem xv litil garnatis et xv litil ſaphiris ·

Item in triangulari feniſtre partis eiuſdem · xvj litill garnatis et xvj litil ſaphiris ·

Item in ſuprema le vche diſcendendo per medium in medio a gret garnat iij midil garnatis et iij litil ſaphiris et ſubtus hoc ij litil garnatis ·

Item in þe ſecunde vche in medio a gret ſaphir iiij midil garnatis et iiij litil ſaphiris et ſubtus hoc ij litil garnatis .

Item in tertio le vche in medio a gret garnat iiij midil garnatis et iiij litil ſaphiris · · · · hoc ij litil garnatis ·

Item in quarto le vche j gret ſaphir iiij midil garnattis et iiij litil ſaphiris et ſubtus hoc ij litil garnattis ·

Item in parte triangulari dextre partis eiuſdem lateris a litil garnat et ſubtus hoc a gret vche in cuius medio a gret garnat et vj midile garnatis et ſubtus hoc ij ſinall garnatis ·

Item in ſecundo le vche in medio analmaling et vj midil garnatis et vj perllis et in campo eiuſdem j litil garnat et ſubtus le gret vche ij litil garnatis ·

Item a litill vche in medio a midil ſaphir et iij midil garnatis ·

Item in parte triangulari ſeniſtre partis eiuſdem lateris tot vchis tot lapides et tot perllis iiij perllis exceptis in le gret vche ·

Item in fronte eiuſdem lateris v vchis primum inchoando a parte dextra ij litill garnatis et in medio primi le vche anameling iiij midil garnatis et iiij midil ſaphiris deinde in plano ij litil garnatis ·

Item in ſecundo le vche a gret ſaphir iiij midil garnatis ij litil garnatis et ij litil ſaphiris et in plano j litil garnat ·

Item in tertio le vche a gret garnat iiij midil garnatis et iiij litil ſaphiris et in plano a litill garnat ·

Item in quarto le vche a gret ſaphire iiij midil garnatis a litil garnat et iij litil ſaphiris in plano ij litil garnatis ·

Item in medio quinti vche anamiling et iiij midil garnatis et iiij litil ſaphiris in plano ij litil garnatis · deinde in circumferencia a parte poſt eiuſdem lateris xiiij litil garnatis et a midil garnat et xv litill ſaphiris ·

Item in angulo dextro eiuſdem lateris · vij litil garnatis et vj litill saphiris ·

Item in angulo ſeniſtro eiuſdem lateris · vij litill garnatis et vj litill saphiris ·

Item in le tak in parte dextra vij vchis et le pendace ·

Item in primo le vche prope mitram in capite a gret anamiling et iiij midil garnatis · et ſubtus hoc · ij litil garnattis ·

Item in ſecundo vche in medio a gret garnat et vj midill garnattis · et ſubtus hoc ij litil garnatis ·

Item in tertio le vche in medio anamiling et vj midil garnatis · et ſubtus hoc ij litil garnatis ·

Item in quarto le vche in medio a gret ſaphire et vj midil garnatis et ſubtus ij litil garnatis ·

Item in quinto le vche in medio anamiling et vj midil garnatis et ſubtus ij litil garnatis ·

Item in ſexto le vche in medio a gret garnat et vj midill garnatis · et vj perllis et ſubtus hoc ij litill garnatis ·

Item in ſeptimo le vche in medio anamiling vj midill garnatis et vj perllis · et ſubtus ij litill garnatis ·

Item ſuper le pendaſſe ij gret garnatis a gret ſaphire iiij litill garnattis et iiij litill ſaphiris ·

Item v chenzeit hyngaris anamilit cum v perllis ·

Item ſuper altero le tak · in vchis lapidibus et perllis in omnibus ſicut altero exceptis ij le hyngaris · et ij perllis in fine ipſorum etc ·

Hanc reparationem fecit reuerendus in Chriſto pater et dominus Willelmus Dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Abirdonenſis ac etiam donauit ipſi eccleſie Abirdonenſi vnam caſulam de albo lee dammaſſ cum alba amictu ſtola manipulo et alijs anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo menſis vero Septembris die duodecimo ·

Viſitatio Jocalium eccleſie Abirdonenſis facta per venerabilem in Chriſto patrem Willelmum Elphinſtoun epiſcopum eiuſdem et per capitulum primo die menſis Marcij anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto ·

In primis quatuordecim calices argentei et eorum decem deaurati de quorum numero quinque furantur · Item vna patena in manibus rectoris de Kinkell reſtituta per eundem · Item due patene argentee deaurate in manibus Thome Tynnyngame quondam archidiaconi · Item vnum crucifixum argenteum deauratum cum magno pede · Item vna crux in qua eſt pars ligni dominici de argento · Item vna crux in qua eſt pars ligni Sancti Andree argenti deaurati · deperditur lignum · Item vna crux cum paruo pede et crucifixo de argento deaurato cum quatuor ymaginibus de corrella . Item vna crux de argento deaurato cum tribus lapidibus ligno coopertis · Item vna crux de auricalco · Item vnus annulus

aureus cum viridi lapide in manibus decani moderni ex dono magiſtro Henrici Heruy quondam cantoris Abberdonenſis · Item vnum monile aureum cum tribus rubeis vulgariter *a bruche* ac cum tribus perlis vnum deeſt ex dono eiuſdem archidiaconi · Item ex dono eiuſdem vnus annulus argenteus cum magno capite in quo continentur ymagines beate virginis et ſancti Johannis · Item bracium ſancti Fergufij in argento cum oſſibus eiuſdem · Item vna pixis de criſtallo cum pede argenteo deaurato cum diuerſis reliquijs · Item vnum *lie cowp* argenteum deauratum pendens coram magno altari ſeu euchariſtia · Item due teche de auricalco pro conſeruatione reliquiarum quarum vna habet ſex ymagines ex vna parte clauſas et vna ſuper altare cum oſſibus ſancte Katherine ſancte Helene ſancte Margarete et Yſaac patriarche et ſancti Duthaci · In alia techa veſtimenta beate Marie virginis cum pluribus alijs videlicet oſſibus Petri et Pauli et ſancte Brigide et pulueribus ſancti Edmundi archiepiſcopi · Item vnus annulus argenteus cum lapide de columpna datus per Nicholaum de Leſure · Item vnus annulus de columpna datus per Helenam Lichtoun · Item vnus annulus argenteus cum lapide de criſtallo quadrato datus per quendam Scotum commorantem in Francia · Item vnus magnus annulus aureus conueniens pro epiſcopo cum magno ſaphero et lapidibus precioſis incluſis datus per Alexandrum epiſcopum · Item vnus lapis criſtalli cum argento coopertus · Item vna pixis eburnea data per Henricum Rynd · Item vnum iocale de argento cum ymagine crucifixi et pietatis datum per dominum Johannem Froſtar militem · Item due corone de argento deaurate pro Chriſto et domina noſtra cum lapidibus quarum due pecie fracte vna maior vna minor cum duobus lapidibus ſeruate in burſa in cuſtodia theſaurarie · Item quinque burſe auree cum reliquijs ſanctorum · Item quinque fiole argentee quarum vnius coopertorium deficit ſed eſt in cuſtodia theſaurarie · Item tres ampulle argentee coopertorium vnius eſt deperditum per dominum Willelmum Donaldſon camerarium epiſcopi in itinere verſus Brechin pro criſmate · Item vnum wche argenti

deauratum in quo continetur ymago ſancti Olaui · Item duo criſtalla · Item vnum jocale euchariſtie de argento deauratum ad modum caſtri cum berillo datum per dominum Henricum epiſcopum Lichtoune in cuius ſummitate ponitur ymago crucifixi cum ymagine pietatis preſcripta data per dominum Johannem Froſtar · · · Et in ſummitate dicte euchariſtie frangitur vna pecia que eſt in cuſtodia theſaurarie · Item vnum pax bred de argento deaurato cum ymaginibus crucifixi beate virginis et ſancti Johannis datum per dominum Thomam epiſcopum Abberdonenſem · Item duo candelabra ſuperius argentata per dictum dominum epiſcopum · Item vna peluis de argento cum lauacro data per dominum Gilbertum epiſcopum · Item due pelues de argento pro lotione in circumferencijs deaurate date per dominum epiſcopum Henricum Abberdonenſem cum ſubſcriptione incipiente HENRICUS DEI GRACIA ETC. FECIT ME FIERI ANNO DOMINI MILLESIMO QUADRINGENTESIMO TRICESIMO TERCIO ET QUICUNQUE NOS ALIENAUERIT AB ISTO ALTARI ET A NOSTRA DOMINA SIT ALIENUS A REGNO DEI · Item vnum paruum coclear de argento datum per Thomam Prat burgenſem de Aberdene · Item vnum thuribulum argenteum · Item vnum magnum thuribulum argenteum per dominum Henricum epiſcopum datum de quo ſunt quatuor turres fracte et ſunt in cuſtodia theſaurarie · Item due mitre quarum vna precioſa et reformata et lapides ſunt reſtituti per dominum Willelmum epiſcopum modernum deficiente vno de pauonibus reſeruato in alba pixide vt continetur in hoc libro in folio intitulato de mitra · Item due cyrothece cum duobus iocalibus · Item baculi paſtorales de argento quorum vnus per totum eſt deauratus et alius deauratus in capite tantum · Item duo textus ewangeliorum vnus de argento deaurato et alius de auricalco quorum vnus caret ymagine beate Marie virginis · Item quinque ſcrenia magna pro libris · Item quatuor ſiſte rotunde · Item ſex cagete vna abeſt per Tynningame archidiaconum et alius poſt obitum Alexandri quondam rectoris de Forbes · Item vnum magnum lettrovn cum quatuor candelabris ereis iuxta magnum altare datum per dominum Alexandrum epiſ-

copum · Item quatuor candelabra alia antiqua erea · Item duo candelabra pro magno altari data per dominum Willelmum Rynd theſaurarium vnum abfuit tempore quo Johannes Brovne fuit ſacriſta · Item quatuor cuſſine date per dominum Henricum Lichtoun · Item vnum tapetum nigrum textum roſis albis blaneis intermixtis ex dono domini Ricardi Forbes decani Aberdonenſis · Item vnam incudem magnam pro canonicis eccleſie datam per dominum Henricum Abberdonenſem · Item vna cathedra ferrea · Item a creſcent in medio eccleſie orientali de antiquo · Item duo ſotulares noſtre domine cum duobus berillis · Item a ſterne de antiquo coram noſtra domina in nauj eccleſie · Item vij ſternys enee de dono Willelmi epiſcopi moderni · Item vnum candelabrum ante magnum altare cum duodecim luminaribus ex dono eiuſdem · Item vnum luminare coram noſtra domina in naui eccleſie datum per magiſtrum Andream Liell theſaurarium · [Item vnum le par tayggis pro hoſtiis penſandis datum per Willelmum epiſcopum modernum ·]

Viſitatio jocalium eccleſie Aberdonenſis facta x die menſis Marcij anno Domini M.CCCC. nonageſimo ſeptimo concordat in omnibus cum preſcripta viſitatione hoc addito quod reperiuntur due clauſure argentee de magno breuiario · Preſentibus Cantore Theſaurario Obyne Crowdane Clat Deir Aberdour Tulineffill Kinkell Monimuſk et me Johanne Kennerty notario et ſcriba capituli ·

Viſitatio jocalium eccleſie cathedralis Aberdonenſis facta xxiiij^{to} die menſis Februarij anno Domini M.CCCC. nonageſimo octauo per decanum theſaurarium cancellarium Obyne Banquhory Lunmey Deir Coldſtane Tulineffill concordat cum retroſcripta viſitatione ·

[xvj die Marcij A.D. M.CCCC.XCIX. Ymago domine noſtre de pie-

tate ponderis centum viginti vncearum argenti cum maiore donata per venerabilem et egregium virum magiſtrum Andream Lyell theſaurarium Abirdonenſem per eundem oblata magno altari in die viſitationis beate Marie virginis anno Domini M.CCCC.XCIX · Et ibidem reuerendus in Chriſto pater et dominus dominus Guilelmus epiſcopus Abirdonenſis ordinauit dictam ymaginem honorifice deferri circa eccleſiam cathedralem Aberdonenſem ſingulis ſolemnibus feſtis glorioſe virginis · et omnibus procedentibus in proceſſione dictis diebus ſeu eandem deuote ſequentibus ſingulis diebus preſcriptis quadraginta dies indulgenciarum perpetuis temporibus duratur' ·

Item decanus fatebatur ſe habuiſſe annulum aureum de jocalibus capituli cum lapide et per eundem perditum quem obligabat ſe reſtituere ſeu eius verum valorem per eſtimacionem domini epiſcopi et capituli ſecundum eius exigenciam et valorem ·

Viſitatio jocalium eccleſie cathedralis Aberdonenſis facta xvj die menſis Marcij anno Domini M.CCCC.XCIX. in qua reperta erant omnia iuxta viſitationes domini noſtri epiſcopi Guillelmi excepto annulo aureo immediate ſupraſcripto · preſentibus Decano Cantore Theſaurario Ovoyn Clat Abirdour Tulyneſſil et Forbes ·

Viſitatio Jocalium eccleſie cathedralis Aberdonenſis facta nono die menſis Marcij anno Domini M.D. in qua reperta erant omnia iuxta viſitacionem immediate precedentem cum magna incude fabri in manibus domini Willelmi Rowand vt fertur · Preſentibus ibidem Theſaurario Ovyn Banchory Lunmey Forbes Tulyneſſill et Monymvſk · Et excepto annulo aureo qui adhuc remanet in manibus magiſtri Jacobi Brown decani et calice in manibus Willelmi Rolland ·

Viſitacio jocalium eccleſie cathedralis Abirdonenſis facta tertio die Marcij anno Domini M.D.I. in qua omnia reperta erant iuxta viſitationem immediate precedentem · Item incus reſtituitur per dominum Willelmum Rolland · et ſimiliter calix reſtituitur et reformatur per eundem dominum Willelmum vbi primo pes de auricalco fuit iam autem de argento ad vj vncias auratas ſumptibus et expenſis eiuſdem domini Willelmi · Item baculus deauratus cum duabus mitris cum ſandalibus et cirothecis ſunt in cuſtodia domini · et de cagetis vna eſt in palacio domini et alia in porticu in cuſtodia rectoris de Forbes · Quantum ad annulum perditum per decanum capitulum decreuit eſtimationem infra hinc et ſynodum fieri dicti annuli et eum ad eſtimationem eiuſdem · et deſunt duo cuſſini · Preſentibus ibidem cantore cancellario theſaurario Ovyn Crowdane Clat Abirdour et Tulyneſſel ·

xxiij die menſis Junij anno Domini M.D.II. annulus alias deperditus erat reſtitutus per decanum in capitulo in preſencia domini noſtri epiſcopi · Quare decreuit capitulum auctorizante domino quod acta concernentia dictum annulum ſint caſſa et irrita ·

Viſitatio Jocalium eccleſie cathedralis Abberdonenſis facta XXV° die menſis Marcij anno Domini milleſimo quingenteſimo tertio in qua omnia reperta erant iuxta viſitationes immediate precedentes · Item annulus aureus reſtituitur per magiſtrum Jacobum Brovn decanum Abberdonenſem · Item le magnum vche in quo eſt ymago Olaui habet octo lapides · Preſentibus decano cancellario theſaurario Oyne Crodene Clat Banquhory Tullyneſſill et Lunmey ·

Item calix argenteus deauratus cum patena deaurata donatus per venerabilem virum magiſtrum Duncanum Scherer rectorem de Clatt ad deſeruiendum vſui canonicorum et capellanorum duntaxat

celebrantium ad altare Sancti Andree cuſtodiendus inter iocalia eccleſie ex ſpeciali mandato domini noſtri epiſcopi ·
Item duo panni attrabatenſes continentes hiſtoriam noſtre domine ad boriam et prophetas ad auſtrum pendendi diebus ſolempnibus in choro cum vna ciſta ad conſeruationem eorundem · Et ſimiliter cum exemplari eorundem depicto ad pendendum in choro diebus ferialibus donati per venerabilem et egregium virum magiſtrum Andream Liell theſaurarium ac officialem necnon rectorem vniuerſitatis Abberdonenſis · Et vnum alium pannum de Radice Jeſſe pendentem ſuper ſtallo decani ·]

Theſauraria eccleſie cathedralis Abbirdonenſis viceſimo tertio Aprilis per Decanum et Capitulum eiuſdem reperta et viſitata anno Domini M.D.XVIII ·

Imprimis decim calices argenti deaurati cum totidem patenis · vna dempta que eſt Cupri · Crux magna argentea deaurata cum pede fixo · Altera crux proceſſionalis ſimiliter argentea in qua eſt pars ligni ſancte crucis · Vna ſimiliter crux argentea deaurata in qua alias fuerit incluſa pars ligni crucis diui Andree apoſtoli · Quarta crux argentea cum quatuor vinctis ymaginibus cum ramis lapidis corilli · Annulus auri cum lapide coloris viridis · Monile auri lapidibus ornatum preciosis · Annulus argenti in quo comprehenduntur ymagines crucifixi diue virginis et beati Johannis · Brachium argenteum cum reliquijs beati Fergusij ſimiliter ornatum lapidibus pretioſis · Eucariſtia cuprea deaurata pro vſu dicte eccleſie quotodiano · Jocale argenteum deauratum cum ſanctorum varijs reliquijs criſtallo videlicet et lapidibus pretioſis perornatum · Eucariſtia argentea deaurata in ſolemnitatibus anni deferenda inſtar turris ex dono bone memorie reuerendique patris Henrici Lychton Abbirdonenſis epiſcopi · Due thece ex auricalco deaurate pro cuſtodia reliquiarum · Annulus argenti in quo eſt pars lapidis Columne · Annulus etiam auri alias conceſſus per quondam Elenam Lychton · Lapis criſtallinus argentatus ·

Pixis eburnea deargentata · Parua ymago crucifixi flagellati argenti margaritis inſculpta · Due corone argentate pro diua virgine et Jeſu paruulo eius filio cum quibuſdam in eiſdem precioſis vt fertur lapidibus · Quinque burſe ſeu marſupia ex auro contexte pro conſervatione reliquiarum deputate · Quatuor phiole argenti pro miniſterio magni altaris quarum vni deeſt cooperimentum · Tres ampulle argenti pro conſeruatione criſmatis olei ſancti et infirmorum quarum vna ſimiliter caret cooperimento · Parua ymago beati Olaui argenti ſeptem decorata precioſis lapidibus · Duo lapides criſtallini pro pedibus ymaginum · Scutum argenti cum ymaginibus diue crucis beatiſſime virginis et beati Johannis pro collatione pacis in miſſa ex dono bone memorie ac reuerendi patris Thome epiſcopi Abbirdonenſis · Duo candelabra argentea pro miniſterio ceroferariorum eccleſie ex dono eiuſdem epiſcopi Thome · Peluis argenti cum lauachro deaurato ex dono quondam bone memorie Gilberti Abbirdonenſis epiſcopi · Due alie ſimiliter pelues pro miniſterio magni altaris pulchre et honeſte ex ſimili dono ſupradicti domini Henrici Abbirdonenſis epiſcopi · Vnum coclear argenti pro miniſterio dicti altaris · Duo thuribula argenti ex dono dominorum capituli reſidentium anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto ponderis centum et quadraginta vnciarum cum nauicella et cocleari incenſi cum cuſtodibus eorundem · Pulcra ymago argenti beatiſſime dei genetricis Marie pietatis ex dono venerabilis viri magiſtri Andree Lyell theſaurarij Abbirdonenſis · Duo euangeliaria quorum vnum argenteum et aliud cuprum deauratum · Duo pectoralia capparum quorum vnum argenteum et alterum ex cupro deaurato · Cor argenti ante diuam virginem · Aſperſorium argenti cum forpice pro cudendis panibus hoſtiarum ex dono reuerendi patris Willelmi Elphinſtoun Abbirdonenſis epiſcopi · Incus ferrea ex communia capituli · Tria ſcrinia pro hijs Jocalibus conſeruandis · Candelabra enea et ferrea pro vſu quotidiano eccleſie patent cuilibet intuenti ·

The Inuentare of all þe geyr left be biſchoipe Alexander Gordoune ſeruandis within þe biſchoippis palice of þe ſammyn reſſauit be biſchoip Gawanis Dunbarris factouris for þe tyme ·

The wairdrope with

In þe firſt five payr of riffyne ſchetis ane þerof ſewit with ſylk for candilweikkis ·

Item viij coddis grite and ſmall part with riffin tykis and all with riffin waris ·

Item ij payr of fuſteane blankatis riffin with rattovnis ·

Item ane payr of dowbill woll blankatis riffin and cuttit at þe tane ende ·

Item ix feddir beddis with vij bouſteris of þe quhilkis ij grit beddis and vij ſmall and all þe forſaidis beddis clovtit and riffin and holyt ·

Item ane grite arref bed witht ruif and heiddis with þe kingis armes and biſchoipe Willeam Elphinſtonis ſtenzeit be [ ]

Item ij ald arref beddis ewill riffin ·

Item ij gryt cuſſenis of arref with biſchoipe Willeam Elphinſtounis armis ·

Item ane quhyt Irlande playd corſyt with blak rangis ·

Item ane alde comptour clayth of Buchane weifing ·

Item ane alde rifin lynning ruif þat hang in þe chapell chawmer ·

Item ane grit pref of aik and fyr ·

Item ane grit lang kiſt of aik ·

Item þe pypis of ane aqua vite falt ·

The chawmer abun þe wardrape with

Item ane ſtanding bed of aik wiþouit lofting ·

The chawmer wndir þe wardrope with

Item ane ſtanding cuche bed of aik raſit werk ·

Item ane langſadil bed of aik ·

Item ane langſadyll ſeyt of aik ·
Item ane ſmall comptour þat was in þe ſtudy ·
Item ane portale of aik raſyt werk ·

The chapell waiſt ·

Item . . O ·

The chapell chaumer with

Item ane grite aikkin bed with ruif of arreſ and hedis frenʒeit ·
Item ane aikkin ſchryne ·
Item ane hingand irin chandillair ·

The grit chaumer with

Item ane grite ſtanding bed of aik ·
Item ij comptouris with ij comptourclathis withouit keyis ·
Item ane langſadil ſeit ·
Item ij formis of aik ane leſſ and ane mair ·
Item ane grit portale of aik ·
Item ane hingand chandelair of braſſ ·
Item viij chandelaris iiij leſſ and iiij mair ane leſſ ane mair of þame brokyne ·
Item ij irne rakkis for þe fyre ·
Item iiij cuſſenis of nedyll werk of þre ſyndry ſortis ·
Item þe chawmer hingin witht ald ſayis palyt reid blew and ʒallow ·

The cloſait witht

Item ane ſtanding bed of aik with curtingis of ſay reid greyne and blew ·
Item ane chair of eiſ .
Item ane lytile ſytting chair ·
Item ane comptour with ane comptour clath ·
Item ane langſadill bed of aik ·
Item ane corpalmery of aik ſet in þe wall ·

The ſtudy witht

Item ane fyne pane ·
Item ane ald langſadill ſeit ·
Item ane preſſ of aik for bvikkis .
Item ane litil aikkin kiſt for letteris ·
Item ane tabil of þe crucifix ·

The hall witht

Item þre buirdis with treſtis and firmes ·
Item ane comptour withouit key or clath ·
Item ane hart horne heirſſ ·
Item ane quhitſtane chenʒeit with irin ·
Item abwin þe hie buird þe northt buyrd and abuif þe ſoutht buyrd betwix þe wyndois hingin with ald ſayis of paillis reid blew and ʒallowe ·
Item viij ald brovdin cuſſenis all rent and riffin .
Item ane ald rifin bancour with ankirris ·
Item ane akin chair ·

The pantre witht ·

Item iij ald buyrdclathis of hardin all riffin ·
Item ane copbuird clath riffin ·
Item ane deſk clath of Dornyk riffin ·
Item ane ald buyrd clath of lynning riffin witht ij ald towellis of lynning markit with *non confundar* and riffin ·
Item ane haile buird clath of lynning ·
Item v odir buird clathis of lynning riffin and holit witht ratownis ·
Item vj ſmal towellis of lynning haile ·.
Item ane grit towell holit ·
Item ane lang towell riffin at þe tane end ·
Item vij ſeruiatis of lynning of þame iiij riffin ·

The cellair witht

Item xix bellis ij ſtandis and ane broken ſa ·

Item viij trein ſtoppis ·
Item ane tunvel of tree ·

The kiching witht

Item iiij pottis ij leſſ ij mair ·
Item ane ald pane bowit ·
Item v brokin worne and caſſyne by pannys witht ij ald brokin and caſſin by pottis ·
Item ane ladil and ane evill cruik ·
Item ij pair of raxis ·
Item iij ſpyttis ane grit ane leſſ and ane for wild met ·
Item ij brandaris ane haile and ane brokin and caſſin by ·
Item ane mortar of braſſ witht ane jrne peſtell ·
Item ane ſtane mortar ·
Item xxx plaittis ·
Item xiiij diſchis ·
Item xvj ſalſaris ·
Item þre chairgeouris ·

The lairdnar ·

Item vij fattis for fleſ twyme ·
Item iiij ſkelys ·
Item ane flandris ald kiſt ·

The breuhouſſ witht

Item ane ſchel of ane leid ·
Item ane geilfat ·
Item ij maſkin fattis ·
Item ij breuing caldrovnis ·

The baikhouſſ witht

Item ij bakin ſtulis and ane ald girdyle ·

The ſouthteſt tovir witht
Item ane ſtandane bed of fyre ·

The ſouthtweſt tovir witht
Item ane ald rottin ſtandand bed withouit ane heid ·

Hoc eſt verum exemplar inuentarii preſentati capitulo Abirdonenſi per venerabilem et egregium virum magiſtrum Alexandrum Sympſone rectorem de Monimuſk per me Alexandrum Lauſone notarium publicum collationati cum principali cum quo concordat de verbo in verbum teſte mea ſubſcriptione manuali apud Abirdene decimo quarto Nouembris anno Domini milleſimo quingenteſimo xix ·

ALEX^R· LAUSONE
notarius publicus manu propria ·

Inuentarium jocalium A.D. m.d.xlix.

Incipit inuentarium jocalium ·

Inuentarium iocalium auri et argenti necnon aliorum ornamentorum eccleſie cathedralis Aberdonenſis pro diuino officio infra eandem deputatorum et ordinatorum tam in cappis caſulis dalmaticis ex auro textili et holocerico ac uaſis ennijs ad altaria eiuſdem ad decorem domus dei aſſignatorum per venerabilem virum magiſtrum Alexandrum Gallo͂uay eiuſdem eccleſie canonicum ac prebendarium a Kynkel in eadem inſtantia et ſupplicatione capituli dicte eccleſie et canonicorum eiuſdem pro tempore repreſentantium actum apud canoniam Aberdonenſem Idibus Januarij anno a Chriſto nato nono et quadrageſimo ſupra milleſimum et quingenteſimum poſt redemptionem eorundem de manibus quondam Jacobi Forbes a corſinda ſuorumque ſatellitum raptorum et per reuerendum in Chriſto patrem ac dominum dominum Guilielmum Steuart Aberdonenſem epiſcopum nuper defunctum non abſque ingenti pecunie ſumma redempta ante quorum reductionem multa et varia

eorundem Jocalium deſtructa alienata rupta et fracta ac detenta fuerant in animarum ſuarum non minimum periculum et totius eccleſie maximum ſcandalum et detrimentum contra legem dei et hominis ſacralegium publicum committendo vt infra patebit ·

In primis vnus calix argenti maior ipſius eccleſie cum patena ab antiquo conceſſus ponderis duarum librarum et nouem vnciarum vndique deauratus ·

Secundus calix argenti deauratus cum patena deaurata ex antiquo ſimiliter ponderis vnius libre ſeptem vnciarum ·

Tertius calix cum patena argenti deaurati ponderis ex antiquo vt ſupra vnius libre ſex vnciarum ·

Quartus calix cum patena argenti deaurati ex antiquo ponderis vnius libre quatuor vnciarum ·

Quintus calix cum patena ex argento deaurato dono venerabilis viri magiſtri Alexandri Culane olim rectoris de Oyne cum armis eiuſdem de data anni Domini milleſimi quingenteſimi ſeptimi ponderis duarum librarum vnius vncie ·

Sextus calix cum patena argenti deaurati dono bone memorie magiſtri Duncani Scherar olim rectoris de Clatt de data anni Domini milleſimi quadringenteſimi nonageſimi octaui ponderis vnius libre ſeptem vnciarum ·

Septimus calix cum patena argenti deaurati dono domini Johannis Maliſoun capellani de Fola ponderis vnius libre ſeptem vnciarum ·

Octauus calix cum patena argenti deaurati dono venerabilis viri magiſtri Andree Lyel olim theſaurarij Aberdonenſis ponderis vnius libre vnius vncie .

Nonus calix cum patena argenti deaurati dono venerabilis viri magiſtri Johannis Fleſcher olim cancellarij Aberdonenſis ponderis vnius libre trium vnciarum cum dimediata ·

Decimus calix cum patena argenti deaurati dono venerabilis viri magiſtri Alexandri Symſoun olim rectoris a Monymuſk de data anni milleſimi quingenteſimi decimi ſexti ponderis vnius libre quindecim vnciarum cum dimediata vncia·

Poſtremo calix honeſtus argenti cum patena deauratus ponderis

viginti quinque vnciarum dono quondam venerabilis viri domini Jacobi Kincraigye decani Aberdonenſis ad altare diui Mauricij in cuſtodia vicarij beati Mauricij ad ſeruiendum dicto altari deputatus ·

Hij calices ſupradicti deputati exiſtunt ad vſum quotidianum ſupradicte eccleſie canonicis et vicarijs eiuſdem et alijs celebrare volentibus in cuſtodia theſaurarij infra domum jocalium ſupradicti capituli collocati ·

Sequntur jocalia ex antiquo per diuersos pontifices et alios Christifideles oblata vt infra ·

In primis due magne pelues argenti in circumferentijs deaurate ſed vſu ferme conſumpte dono quondam reuerendi in chriſto patris Henrici de Lychtoun Aberdonenſis epiſcopi qui hanc eccleſiam vſque ad tectum edificauit ponderis quatuor librarum hanc ferentes datam anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio ·

Item ymago diue virginis Marie de pietate inſcripta argenti cum ymagine filij ſui crucifixi cum clauſura infra quadrata ponderis ſeptem librarum decem vnciarum cum dimediata dono venerabilis viri magiſtri Andree Lyell quondam huius eccleſie theſaurarij circa annum domini milleſimum quingenteſimum ·

Crux argenti deaurata cum tribus lapidibus rubeis in qua quondam erat pars ligni crucis Sancti Andree cuius pes rapina ſublatus eſt cum reliquis introſcriptis dono quondam bone memorie domini Gilberti Grenlau Aberdonenſis epiſcopi qui etiam dono conceſſit magnum breuiarium ad vſum chori nunc per duo volumina pertitum ·

Crux argenti deaurata cum ramis corolinis et tribus paruis ymaginibus deauratis ſed incuria cuſtodum in particulis diuiſa cuius dono ignoratur ponderis cum corrillis quatuor vnciarum cum dimediata ·

Annulus auri cum lapide columne Chriſti vt afferitur ponderis duorum greſſorum vel circa cuius dono ignoratur ·

Monile auri cum tribus rubeis et duabus margaretis ponderis duarum vnciarum cum dimediata vt aſſeritur dono cuius ignoratur ſed cuiuſcunque fuit deus miſereatur anime ſue ·

Annulus argenti cum magno capite uiridis coloris continens tres paruas ymagines crucifixi diue virginis Marie et diui Johannis dono cuius ſimiliter ignoratur ponderis trium quartarum vncie ·

Tertius annulus argenti cum quodam lapide ignoto modici ponderis in memoriam veterum inuentariorum ·

Crux argenti deaurata opere Ibernicorum tribus lapidibus non dicam precioſis in capſula incluſa lignea ponderis duarum vnciarum cum quarta parte vncie ·

Brachium diui Fergufiani argento coopertum abſque hoſtiolo cum aliquibus lapidibus ſed quales ignoratur ponderis octodecim vnciarum cum dimediata creditur deuotione populi aut rectoris de Skeyne aut Dyiſe donatum .

Parua monſtrantia argenti deaurata cuius ſuperior pars amicitur criſtello cum aliquibus reliquijs ſanctorum in eodem vt pie creditur ponderis cum criſtello et reliquijs octo vnciarum cum dimediata cum octo lapidibus in circumferentia ·

Due corone argenti ſuper capita ymaginum diue virginis et filij eius cum nonnullis lapidibus vitrinis vt apparet ponderis viginti vnciarum .

Lapis criſtallinus pro pede ymaginis deargentatus cum alijs duobus lapidibus criſtallinis ad eundem effectum ·

Pixis eburnea cum laminibus argenti ex quatuor angulis carens medio coopertorio ·

Vnum ly vche argenti deaurati pro pectore vnius cappe continens in corpore eiuſdem ymaginem diui Olaui martyris ponderis duarum vnciarum cum ſex paruis lapidibus .

Duo thuribula argenti cum nauicella et cocleari argenti ponderis centum decem vnciarum dono capituli Aberdonenſis anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto decimo ·

Aſperſorium argenti ad vſum chori dominicis et alijs diebus cum

opus fuerit quatuor vnciarum dono reuerendi patris domini Villelmi Elphinſtoun quondam Aberdonenſis epiſcopi .

Duo corda argentea quorum vnum deauratum dono honeſte mulieris vxoris Alexandri Gray burgenſis de Aberden et alterum non deauratum dono Catherine Rotray .

Pectorale pro vna cappa ex cupro deaurato ab antiquo conceſſum ·

Parua monſtrantia argenti cum reliquijs dono venerabilis viri magiſtri Alexandri Symſone quondam rectoris a Monemuſk ponderis vnius libre ·

Duo textus euangeliorum dicti ly *tyiſteris* ex cupro deaurati pro adminiſtratione chori ferialibus diebus deputati ex quibus deſit vna ymago ·

Item due thece aurichalci quondam deaurate in quibus reliquie quorundam ſanctorum conſeruabantur ſed ad preſens incuria cuſtodum obliuioni traduntur ſed credite fuere reliquie magne authoritatis ·

Due phiole argenti octo vnciarum dono magiſtri Alexandri Galloway a Kynkell rectoris ·

Item per reuerendum in Christo patrem ac dominum Thomam Spens quondam episcopum Aberdonensem .

Due phiole argenti quarum vna deaurata et altera alba ponderis ſex vnciarum per reuerendum quondam patrem Thomam Spens epiſcopum Aberdonenſem ·

Tabula pro pace in choro miniſtranda cum tribus ymaginibus ponderis ſex vnciarum cum dimediata dono eiuſdem domini Thome Spens cum alijs eiuſdem muneribus ·

ITEM PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM AC DOMINUM WILLELMUM STEUART QUONDAM EPISCOPUM ABERDONENSEM ·

In primis calix cum patena et pace ac pede eiuſdem rotunde figure pro conſeruatione panis ad celebrandum opere Pariſienſi cum cuſtodia ſolita dono quondam Villelmi Steuart epiſcopi Aberdonenſis ponderis [xxxix vnciarum] ·

Item parua crux argenti cum pede qua vtitur eccleſia in proceſſionibus deaurata vna cum duobus candelabris argenti in circumferentijs deauratis cum amulula argenti pro conſeruatione aque benedicte et aſperſorio eiuſdem ponderis [ ] dono prefati reuerendi patris Wilelmi epiſcopi ·

[Crux predicta ponderis xviij vnce · Item amilula cum aſperſorio ponderis xxxij vnce · Item duo parua candelabra ponderis xxiiij vnce cum dimidia · Summa omnium per Wm Stuart predictum extendens ad j^c^ xiij vnce ·]

VASA ET IOCALIA ARGENTEA ET ENNIA PER QUONDAM REUERENDUM IN CHRISTO PATREM GAUINUM MISERATIONE DIUINA ABERDONENSEM EPISCOPUM DONATA ECCLESIE ABERDONENSI COMPERTA POST REDUCTIONEM EORUNDEM AD ECCLESIAM PER SUPRADICTOS ABLATORES SEQUUNTUR ·

Imprimis crux argenti cum pede eiuſdem ponderis duodecim marcarum ſeptem vnciarum et ſedicim eſterlingis cum baculo depicto ad deferendum cum cuſtode in capite ex cupro deaurato .

Duo candelabra argentea in aliquibus partibus deaurata ponderis tridecim marcarum ſeptem vnciarum cum dimediata extendentia ad ſeptem libras quindecim vncias cum dimediata ·

Amula magna cum aſperſorio ex argento ponderis duodecim marcarum quindecim vnciarum extenden' ad ſex libras quinque vncias pro conſeruatione aque benedicte ·

Due phiole cum armis ſupradicti reuerendi patris ex argento in inferiori parte deaurate ordinate pro ſummo altari ponderis duarum marcarum vnius vncie quatuor eſterlingis extendentes ad vnam libram vnam vnciam et quatuor eſterlingenſes ·

Textus euangeliorum ex argento deauratus ponderis ſeptem marcarum quatuor eſterlingenſium extendens ad tres libras cum dimediata et quatuor eſterlingenſes ·

Tria monilia ex argento deaurata pro cappis pontificis ponderis trium marcarum vnius vncie trium eſterlingis extendentia ad vnam libram nouem vncias et tres eſterlingenſes ex quibus vnum furto ſublatum eſt per ſupradictos ſatellites ·

Crux pectoralis pro epiſcopo ex argento deaurata ponderis trium vnciarum duodecim eſterlingenſium ·

Virga ordinata pro bidello in anterioribus partibus deaurata ponderis argenti eiuſdem ſex vnciarum quindecim eſterlingenſium ·

Tres ampulle argentee ponderis vt eſtimatur trium marcarum extendentes ad vnam libram cum dimediata ex quibus vna in abductione cum ceteris detenta eſt vna cum clauſſuris et palis earundem per ſupradictos demonum tyrones ·

Monſtrantia maior argenti deaurata pro cuſtodia euchariſtie ponderis viginti nouem marcarum quindecim eſterlingis extendens ad quatuordecim libras cum dimediata quindecim eſterlingis ex qua ablati fuerant tres angeli deferentes titulos crucis Chriſti Ebraice Grece et Latine opere artificioſo ·

Monſtrantia reliquiarum Treduane virginis ex argento deaurata ponderis duarum librarum vndecim vnciarum cum dimediata ·

Monſtrantia pro conſeruatione reliquiarum diui Ternani epiſcopi ex argento deaurata ponderis duarum librarum quinque vnciarum ſed in reductione criſtallinum ruptum et fractum eſt ·

Monſtrantia reliquiarum diui Paladij ex argento deaurata pon-

deris duarum librarum ſeptem vnciarnm abſque cruce in capite ſed in duas partes fracta per raptores ſepe nominatos ·

Monſtrantia eorundem ſupraſcriptorum inſtar calicis argenti deaurata pro cuſtodia venerabilis ſacramenti cum viſitantur infirmi ponderis viginti vnciarum cuius crux fracta eſt in ſummitate ſed conſeruata ·

Item calix argenti deauratus ponderis nouemdecim vnciarum cum dimediata pro vſu quotidiano eccleſie et oratorio eiuſdem ·

Item calix ex auro puriſſimo ponderis trium librarum et trium vnciarum troie cum tribus precioſis magnetis et duobus rubeis ad pedes crucifixi eiuſdem calicis dono prefati reuerendi patris vt ſupra qui magne eſtimationis habetur ·

Preterea alter calix ex argento deauratus ponderis viginti quinque vnciarum ad altare diue virginis Katharine infra ſupradictam eccleſiam ſituatum in cuſtodia capellani dicti altaris ſumptibus prefati domini Gauini ſed per executores eiuſdem fabricatus ·

Inſuper alter calix eiuſdem ponderis ſimiliter deauratus expenſis eiuſdem domini Gauini ſed per executores vt ſupra fabricatus ad vſum hoſpitalis per eundem fundati et conſtructi ·

Item liber epiſtolarum optime ornatus per anni curſum · Et eſt notandum quod merca argenti continet octo vncias troie et quelibet vncia continet viginti eſterlingenſes ·

[Summa ponderis argenti conceſſa per Gauinum epiſcopum Aberdonenſem vt predicitur viij^{c} lxxxxiiij vncie argenti · Et in auro puriſſimo extendens ad quinquaginta vnam vncias ·]

Pro pontificali domini Episcopi Aberdonie ·

Inprimis mitra precioſa cum gemmis et margaretis orientalibus ac lapidibus precioſis cum eiuſdem redimiculis ab anteceſſoribus epiſcopis eccleſie conceſſa ſed reformata vndeque per reuerendum

in Chriſto patrem Gauinum quondam huius eccleſie epiſcopum ſupradictum ex qua deſunt diuerſi lapides tempore abductionis iocalium vt ſupra pro feſtis ſolemnibus ·

Item vna mitra ex auro textili continens xxxvj lapides vt dicitur precioſos dono reuerendi quondam patris Villelmi Elphinſtone Aberdonenſis epiſcopi cum redimiculis eiuſdem pro feſtis maioribus ·

Altra mitra pro quotidiano vſu · Et tertia ex linea reſte pro ferijs quadrageſime dono eiuſdem reuerendi patris cum tridecim margaritis ·

Sandalia ex auro textili precioſo vnacum caligis et tela biſſina rubia · dono dicti reuerendi patris Gauini ·

Item duo corporalia ex tela Holandie vnacum cuſtode et coopertorio calicis ex auro textili precioſo · dono eiuſdem Gauini epiſcopi ·

Aliud corporale cum coopertorio bipertito ex biſſo nigro villoſo ex auro textili dono magiſtri Alexandri Galloway rectoris a Kynkell ·

Quatuor pectines eburnie cum cuſtodibus dono epiſcoporum anteceſſorum eccleſie ·

Item par girothecarum ex fuſtina pro miſſis ſolemnibus ab antiquo cum laminibus argenteis in dorſo honeſtis · Et altrum par ex lana textili ·

Item gremiale vetus ex ſerico albi coloris ·

Pontificale vetus ex pergameno ſed decoratum et reformatum per reuerendum quondam patrem Villelmum Elphinſton epiſcopum cum clauſuris argenti et armis eiuſdem domini epiſcopi ·

Vnus baculus paſtoralis maior honeſtus ex argento deauratus ponderis quondam ſeptem librarum et ſex vnciarum cuius media pars furto ſublata eſt incuria cuſtodum rerum pontificalium preſidente reuerendo patre Villelmo Steuart Aberdonenſi epiſcopo ·

Alter baculus argenti minor ponderis duarum librarum tridecim vnciarum cum cuſtodibus vtriuſque cum manitergio conſueto ·

Item annulus paſtoralis pro domino epiſcopo ex auro cum magno

lapide aſurij coloris et nonnullis margaritis et lapidibus precioſis cum quatuor magnis margaritis et quatuor alijs lapidibus ·

Stupha ennea ad califaciendum manus pontificis in miſſa cum opus fuerit longa ſed rotunda que tollitur cum reliquijs ·

Item duo pollices ex tela aurea pro pontifice cum miniſtrat ſacramentum confirmationis ·

Item tres ampulle argenti deaurate cum palis earundem portatiles cum epiſcopus viſitat pro ſacramento confirmationis miniſtrando nigro cooperte correo ·

[Summa totalis argenti ſupradicti in jocalibus ecclefie Aberdonenſis extendens ad mille ſeptingentas vncias argenti cum dimedia vncie ·

Summa in auro puriſſimo extendens ad quinquaginta vnam vncias auri cum duabus groſſis preter mitram principalem et lapides precioſos ·]

SEQUUNTUR VASA ENNEA PER DICTUM DOMINUM GAUINUM ET SUOS EXECUTORES EMPTA ·

In primis per executores quatuor columne ennee cum viginti quatuor candelabris quatuor angelis et ſalutatione angelica ex vtraque parte ſummi altaris ·

Item per eoſdem ymago dicti domini epiſcopi ex ere fuſo cum epitaphio eiuſdem ſculptis cum duobus angelis ·

Item pulchrum candelabrum pendulum enneum cum nouem floribus pro luminaribus pro altari diue virginis Katharine ·

Item ymago Moyſe pro epiſtola decantanda in initio chori ·

Item duo candelabra ennea honeſta pro ſummo altari ·

Item fons aque benedicte ad miniſtrandum in choro dominicis diebus ·

Item lauachrum pro conſeruatione aque ad miſſas celebrandas iuxta oſtium capituli collocatum ·

las celebrandas: iuxta ostium
capituli collocatum.

Item lauacrum pendulū
pro lotione manuum ce
lebrantium in choro furto sub
latum.

Item mergulum cum le
ctymo seu lampade ēneo.

Item ambonem euange
liū in choro ex antiquo.

Item duo tintinabula
pulsanda coram vene
rabili sacramento.

Item vnum mergulum
cum hebito.

Item lauachrum pendulum pro lotione manuum celebrantium in choro furto ſublatum ·

Item mergulum cum lechino ſeu lampade enneo ·

Item ambonem euangelicum in choro ex antiquo ·

Item duo tintinabula pulſanda coram venerabili ſacramento ·

Item vnum mergulum cum lichito ·

INUENTARIUM ORNAMENTORUM TAM VETERUM QUAM NOUORUM SUMMI ALTARIS ECCLESIE CATHEDRALIS ABERDONENSIS ET CAPITULI EIUSDEM FACTUM PER SUPRADICTUM MAGISTRUM ALEXANDRUM GALLOUAY AD FUTURAM REI MEMORIAM ET COMMUNITATIS DICTE ECCLESIE CAPITULIQUE ANTEDICTI ANNO MILLESIMO QUINGENTESIMO QUADRAGESIMO NONO ·

Imprimis vna capella veterum more ampla et lata ex auro textili quamquam vſu diuturno plurimum vſitata ſed integra in ſe continens caſulam amplam tunicam et dalmaticam albi coloris cum duabus ſtolis tribus manipulis tribus albis tribus amictis cum ſingulis earundem paramentis ad decorem eiuſdem pro feſtiuitatibus beatiſſime virginis Marie cuius dono ignoratur ·

Secundo ſimilis vetus capella ampla veterum more vt ſupra ex auro textili integra tamen et honeſta habens vnam tunicam vnam dalmaticam tres albas tres amictos cum duabus ſtolis et tribus manipulis cum omnibus et ſingulis eiuſdem paramentis dono epiſcopi Alexandri a Kyninmond huius nominis primi vt fertur ·

Tertio alia vetus ſimiliter capella ex auro textili habens tantum vnam caſulam amplam et latam vnam tunicellam et vnam dalmaticam cum duabus ſtolis tribus manipulis et quindecim paramentis de nouo fabricatis cum tribus albis et amictis cuius dono ignoratur ·

Quarto vna tantum caſula vetus ex auro textili plurimum vſitata et conſumpta abſque aliquibus quibuſcumque paramentis ·

Quinto vna capella vetus ex auro textili dicta Cherbulink ex ſpolio conflictus de Bannokburne continens vnam cappam vnam

caſulam vnam tunicellam et dalmaticam cum quindecim paramentis duobus antependijs ante et retro pro ſummo altari longitudinis eiuſdem ſed cum ſtolis manipulis albis et amictis nuper additis ·

Sexto due cappe ſeu palle ex biſſo villoſa viridi plurimum vſitate pro cantoribus chori in dominicis et feſtis ſimplicibus ab antiquo conceſſe ·

Septimo alie due cappe ſeu palle ex oſtad cerulij coloris pro dictis cantoribus chori et ſeruicio quotidiano mancipate dono capituli Aberdonenſis ·

Item vna capella pro ſeruicio defunctorum ex lie oſtad cum ſtolis manipulis et paramentis cum tribus albis et amictis dono capituli nigri coloris ſignata capitibus mortuorum ·

Octauo vna capella ex biſſo villoſa albi coloris auro textili in diuerſis partibus cum cappa caſula tunicella et dalmatica cum ſtolis manipulis albis et amictis cum omnibus earundem paramentis per reuerendum patrem Thomam Spens Aberdonenſem epiſcopum egregia forma donata ·

Item per eundem reuerendum patrem vna capella cum cappa caſula tunica et dalmatica ex auro textili rubei coloris cum eiuſdem ſtolis manipulis albis et amictis ac paramentis egregia ſimiliter forma comparata ·

Item per eundem antipendium magni altaris cum ymaginibus armis et titulis eiuſdem domini epiſcopi ſatis honeſtum ·

Item duo ceruicalia ex antiquo ex biſſo villoſa cerulei coloris dono antedicti Thome epiſcopi cuius anime propitietur deus ·

Nono cappa ex auro textili quamquam vetus dono domini Forbes.

Item due cappe veteres ex auro vt apparet vna et altera ex biſſo villoſa dicti Bauhelui pro ebdomario quotidiano ·

Decimo per reuerendum in Chriſto patrem ac dominum Villelmum Elphinſtoun Aberdonenſem epiſcopum et rectorem conditorem et fundatorem vniuerſitatis et collegij Aberdonenſis qui huic eccleſie adduxit maiores campanas campanile conſtruxit et erexit ac laminibus plumbeis texit cum tota naui eccleſie cum cancellis per circuitum preter capellam diue Katarine virginis ·

Imprimis per eundem dominum epiſcopum vna cappa albi coloris ex auro textili ampla et lata decora et honeſta ·

Item per eundem quatuor cappe ex biſſo palmata ſeu damaſcena cum fimbrijs aureis caſula tunica et dalmatica abſque albis amictis ſtolis aut manipulis ac paramentis vſu inueteratis incuria cuſtodum et ſacriſte ·

Item vna cappa eiuſdem coloris per quondam rectorem de Murthelek magiſtrum Georgium Fernen' ·

Item per antedictum epiſcopum duo antependia ex textura oppidi Atrabatenſis ante et retro pro ſummo altari ·

Item per eundem vna capella ex filis ſericis inſtar cokle cum vna caſula tunica et dalmatica ſed abſque paramentis ſtolis et manipulis atque albis ·

Vndecimo vna caſula alba pro quadrageſima abſque ſtolis et manipulis dono capituli ex fuſteno ·

Item vna caſula cum tunica et dalmatica cum ſtolis manipulis albis amictis et ſingulis eiuſdem paramentis ex tela vndelata reſie coloris dono executorum magiſtri Jacobi Lindſay canonici creati pro tempore ·

Duodecimo per Villelmum Steuart epiſcopum Aberdonenſem tres tapetes pro ſede epiſcopali ex tela Veneciana egregie et honeſte ·

Item dono eiuſdem vna capella nigra palmata continens caſulam tunicam et dalmaticam ſed fabricata ſumptibus capituli cum tribus albis et totidem amictis et fimbrijs ſericis eorundem ·

Item alia zona ſerica cum globulis auro ſericoque ·

Item [ ] alie zone ex filis pro quotidiano ſeruicio ·

Item pro quotidiano vſu capituli extant tres tantum albe et totidem amicti cum ſtolis manipulis et alijs paramentis ·

Ornamenta summi altaris huius templi per supradictum quondam Gauinum Aberdonensem episcopum ·

Imprimis tres cappe ſeu palle ex auro textili precioſo albi coloris cum fimbrijs aureis ſummo artificio contextis · vna egregia caſula · due tunicelle et due dalmatice ex eodem auro cum fimbrijs ſimiliter cum tribus orarijs ſeu ſtolis et quinque manipulis quinque albis et totidem amictis vnacum viginti quinque paramentis eiuſdem coloris et tele auree cum ſex zonis biperti coloris vnacum zona ſerica viridis coloris pro pontifice cum globulis aureis dependentibus pro feſtis ſolemnibus ·

Item eiuſdem tele auree quatuor puluinaria cum duplicatura ex viridi biſſo cum armis dicti Domini epiſcopi globulis ſimiliter ex auro et biſſo vt decet honeſtis ·

Item antependium magni altaris ex tela aurea coloris viridis cum armis eiuſdem domini epiſcopi forma egregia fabricatum ad longitudinem dicti altaris ·

Item tunica et dalmatica ex tela pulchra floris palmata pro pontifice cum ſolemniter celebrat vnacum ſandalibus ex auro pretioſis ſupradicto cum caligis rubei coloris ceruſij prout decet ·

Item ſtola egregia pro pontifice ex biſſo villoſa cerulei coloris cum decem magnis globulis ex auro cum pontifex exequitur officium in ſolemnioribus feſtis cum armis et verbo eiuſdem ·

Item velamen honorabile et magnificum ex biſſo villoſa cerulei coloris cum decentiſſimis picturis ex auro contextis vnacum ſuſtentaculis ligneis et baculis quam honorifice depictis cum honeſtis clauibus ferreis ad dirigendum huiuſmodi ſuſtentacula domus ſacramenti cum globulis auro decoratis cum menſa ad deferendum venerabile ſacramentum cum mappula et antependio cum litteris aureis decorata et ſcripturis contextis prout decet domui Dei intuentibus eandem ·

Item quatuor tunicelle ex ſericis pro thuriferarijs thuribularijs cum quatuor albis et amictis cum cappa pro cruciferario ex vna et eadem

eadem tela ad decorem domus dei ſed deſit alba cruciferarij culpa ſacriſte ·

Item quatuor cappe cum caſula tunica et dalmatica cum ſtolis manipulis albis amictis et paramentis conuenientibus ex holo[ſe]rica lutea ſeu ſandrina cum fimbriis aureis honorentiſſime decoratis cum armis dicti pontificis ad decorem domus dei ··

Item quatuor cappe ſeu palle cum caſula tunica et dalmatica cum eiuſdem ſtolis manipulis albis amictis et paramentis ex biſſo villoſa viridi ad huiuſmodi decorem domus dei cum armis dicti pontificis ·

Inſuper quatuor cappe ſeu palle cum caſula tunica et dalmatica cum ſingulis eorundem paramentis albis amictis ſtolis et manipulis ad decorem domus dei ex biſſo villoſa cerulei aut reſij coloris ·

Item tria vexilla honeſta deferenda cum baculis eiſdem conuenientibus coram proceſſione diebus ſolennibus ex tela dammaſcena ſeu palmata rubea ·

Item duo berilli cum cuſtodibus pro conſeruatione venerabilis ſacramenti pro monſtrantia maiore ·

Item monſtrantia lignea honeſte decorata et depicta cum angelis et candelabris pro cuſtodia maioris monſtrancie tempore et loco oportunis ·

Item tria ſudaria ex tela ſerica ſeu tranſparens lintheum deferenda ſuper venerabili ſacramento et ſacrificijs miſſe cum exequitur officium dominus epiſcopus aut decanus ſeu ſua loca tenentes ſuper ſacrificia deferenda per miniſtros altaris ·

Item duo baculi pro cantoribus chori ex ligno depicti ·

Item ſcabellum nouum ſeu faldiſtorium pro pontifice cum ſuum exequitur officium egregie decoratum ·

Item pereſtromata ſummi altaris bipertiti coloris ex lie ſarge ·

Item vnum tapetum magnum quo pauimentum ante ſummum altare ſternitur ſeu veſtis ſtragula dum ſolennia in feſtis aguntur ·

Item quatuor magna ceruicalia opere ſcabellino cum duplitura panni anglicani rubei coloris cum armis et inſignijs eiuſdem epiſcopi ad vſum eccleſie deſtinata ·

Item vnum tapetum cerulei coloris ſerici ex oppido Brugenſi textum locandum coram magiſtrantibus ſubtus ceruicalibus ·

Item vna cappa ſeu palla ex auro textili cum fimbralibus auri honeſtiſſimis dono quondam honeſti viri domini Thome Myrtoun archidiaconi Aberdonenſis ·

Item altera cappa ex optimo auro cum fimbrijs ampliſſimis dono quondam magiſtri Gilberti Strequhyn rectoris a Baheluy albi coloris vt ſupra ·

Item vna palla ſeu cappa rubei coloris ex auro cum fimbrijs aureis eiuſdem dono magiſtri Alexandri Simſoun rectoris de Monymuſk ·

Item altera rubea cappa ex auro ſimiliter texto cum armis Florentie dono quondam Johannis Friſcobaldi cum eſſet rector de Rothtvane.

Item vna cappa ex biſſo villoſa rubei coloris dono magiſtri Jacobi Vauen rectoris ab Oyne ·

Item velamen honeſtum quod penditur ante ſummum altare tempore quadrageſime ex tela gallica cum crucibus dono dicti domini Wilhelmi Steuart epiſcopi Aberdonenſis ·

Item velamen ſummi altaris tempore quadrageſime per capitulum Aberdonenſe vnacum velamine crucifixi ſolij ſancte crucis ·

Item duo coopertoria ſcabelli mortuorum vnum ex ſerico palmato nigri coloris et alterum ex oſtad [tele] anglicane ad communem vtilitatem eccleſie dono dicti reuerendi patris Gavini eiuſdem coloris ·

Item vnum lie banchoir pro ſcabellis dictorum ex viridi ſatine dono ſimiliter prefati reuerendi patris Gauini ·

Item vna capella honeſta ex tela anglicana ſpadicis ſeu punice continens caſulam tunicam et dalmaticam cum tribus albis et totidem amictis et quindecim paramentis deputata ad miſſam venerabilis ſacramenti dono reuerendi patris Willelmi Gordoune pro nunc Aberdonenſis epiſcopi cum tribus zonis ad eandem ·

Item ad ſummum altare quinque lintheamina cum quatuor manitergiis pendentia ante dictum altare ·

Item quatuor manitergia pendentia iuxta ſummum altare pro tergendis manibus celebrantium ·

Item ad altare capituli duo lintheamina ·

Item ad altare iuxta ſummum altare ad ſeptemtrionem duo linthiamina cum vno antependio ex ſatin brugenſi ·

Demum huius eccleſie calamitatem noſtris temporibus venit commemorandum · Quod veteres ſuis annalibus quotannis egregia facinora itidem et ſuorum temporum calamitates ſuis poſteris ad futuram rei memoriam cartis et membranis ad bonorum laudem et gloriam exultationem ve virtutis malorum vero dedicus vetuperium et ignominiam conſueuere · At nos cum quid videmus aut audimus egregie factum turpe inhoneſtum inuſitatum magnum incredibile ridiculum id diu meminiſſe ſolemus propterea quod nulla niſi ad noua aut res mirabiles commouetur animus · Quamobrem haud pretereundum duximus hac noſtra tempeſtate Angli (Scotorum Rege Jacobo quinto de medio ſublato) Scotiam igne et ferro hoſtiliter inuadentes anno ſalutigeri partus quarto et quadrageſimo ſeſqui milleſimo reuerendus pater Guilielmus Steuardus huius templi Aberdonenſis antiſtes metu perculſus iocalia argentea ornamentaque ex auro textili holocerico et palmato cum auleis tapetis ac periſtromatibus eiuſdem rus cuſtodiendi cauſa cum nonnullis equeſtribus et pedeſtribus clientibus ſuis tranſportari et abduci iuſſiſſet · Sed cum pauliſper trans pontem Donam veherentur dolo fraude et inſidijs cuiuſdam Jacobi Forbes a Corſinda cum nonnullis comitibus et ſatellitibus Sathane filijs ſtipati Deum pre oculis minime habentibus inſtinctu diabolico (vt preſumitur) omnia et ſingula jocalia in ſupradicto inuentario ſex calicibus ad vſum eccleſie reſeruatis tantummodo exceptis vi et violentia rapuerunt et ſecum adduxerunt ac realiter cum effectu detinuerunt donec per eundem reuerendum patrem ſumma

ſexcentarum mercarum redempta fuerant In huius eccleſie maximum detrimentum ſcandalum et grauamen ſacralegium et maioris excommunicationis ſententiam temere incurrentes · Exquibus ornamentis et jocalibus ſublata et deſtructa per eundem Jacobum et ſuos fuere hec ſequentia ſuis prophanis vſibus applicata que nuncquam reſtituta fuerant pro quibus in culpa ſuccedente vocandi ſunt ·

Imprimis ane greit monſtrance of ſyluer our gilt for þe haly blud meſſ daly vſit of vj pund veycht · And in þe heid of þe ſamyn ane propir vch of gold veil annamalit of our lord of pette craftuiſlymaid ·

Item ane of þe ampullis pro oleo ſancto vith þre palis of þe ſamyne of ſiluer party gilt veyng iiij vnce maid in Antverpe · The price of þe vnce vij s̃. Flemis ·

Item þe fut of Sanct Androuis croſſ our gilt be eſtimatioun ſax or viij vnce of þe ſamyn price ·

Item ane croce vith þe fut of ſiluer borne by þe ebdomadare to þe hie alter quhen þe channonis ver executores officij veing ane pund veycht ·

Item ij ſiluer crouettis maid in Pareis veyng xij vnce ·

Item ane of þe bruchis to my lordis caippis of ſiluer our gilt ingenuus verk veyng viij vnce þe price of þe vnce viij s̃. greit .

Item thre angellis þat buir þe titill of Chriſt ſiluer our gilt ingenuus verk Hebraice Grece et Latine veyng thua vnce or þair by ·

Item brokyne of biſcheip Gauanis monſtrance ij [ ] to þair greit ſkaitht ·

Item ij fair courthingis of Turky tafeteis greyne and reid vith þair freingȝeis of ſilk as afferit for þe he altair of our kyrk quhilkis ver coſtly as þair counte beris in þe ſelf vith þair ryngis price ij ł. viij ß. x đ. gret ·

Item ane banquhoir of tanne veluat contenand ſax ell Flemis vith bischeip Gauinis armis in v places coſt iiij pundis · gret ·

Item iiij greit knoppis of gold and ſilk vith þair gret corddis of grene ſilk at hang at þe ſacrament houſ pricium iij pund · gret ·

Item iiij knoppis of gold tane fra þe ij leſt goldin cuſſingis ·

Item by all þir premiſſis ane hail compleit ſtand of blak damaiſſ pro miſſis defunctorum contenand ane cheſſabill ij tunykkillis vith þar albis þer emittis vith þer ſtolis fannellis according vith ane albe of þe collectis vith þe ſcheittis of fyne clayth for þe ſacrament hous and all þe ſcheittis of þe caippis by all þe diſtructioun of þe ſaid caippis caryng and halding of þe ſamyn in þe hail extending to vij^{c} merkis vith þe mair in al vith þe diſtructioun of þe geyr as may be veil deducit be men of craft and onderſtanding ·

Ornamenta altaris diue virginis Marie infra ecclesiam Cathedralem Abirdonensem fundati ·

Imprimis tria lintheamina honeſta cum velamine ex cannes · Item tres capelle cum albis ſtolis manipulis zonis et ſingulis paramentis videlicet vna ex veſte vndelata ſubrubei coloris · Altera eiuſdem tele albi coloris · Tertia nigri coloris · Duo antependia cum frontalibus vnum ex biſſo villoſa nigri coloris dono quondam magiſtri Alexandri Lyone cantoris Morauienſis alterum ex ſatyne brugenſi dono capituli Aberdonenſis · Vnum tabernaculum cum duobus candelabris enneis · Miſſale papericium cum ambone et duobus corporalibus ·

Ornamenta altaris beati Michaelis archangeli per venerabilem virum magistrum Alexandrum Gallouay rectorem a Kynkell fundati ·

Imprimis tres capelle ex pilis camelorum blaui et nigri coloris et tertia ex ſatyn brugenſi cum ſingulis eorum paramentis ſtolis manipulis zonis albis et amictis quinque lintheaminibus duobus corporalibus cum cuſtode honeſto palmato cum miſſali ex pergamino ſcripto cum quinque candelabris coram altari enneis et duobus candelabris honeſtis ſuper altare duo frontalia quatuor periſtromata

pro quadrageſima et alijs temporibus anni et alijs coopertorijs pro ymaginibus que ſingulis nota exiſtunt ex lie ſarge et tela linea cum lintheaminibus pro diebus quadrageſimalibus dono et expenſis ſupradicti magiſtri Alexandri cum tabernaculo honeſte depicto et tribus ymaginibus vnacum ſcrinio Flandrenſi pro conſeruatione dictorum ornamentorum et ſedili ſerato pro conſeruatione habituum dicti rectoris cum tintinabulo · Item quarta capella ex biſſo villoſa cum cruce in dorſo ex auro textili cum alba amicto ſtola manipulo zona et alijs paramentis ·
[Item vas aque benedicte honeſtum ex ere cum cuſtodia eiuſdem ·]

Inuentarium ornamentorum altaris diue Katharine virginis per supradictum dominum Gauinum fundati ·

Imprimis egregium tabernaculum virginum cum manſiolo et epithafio eiuſdem reuerendi patris ·

Item duo candelabra ennia egregia forma · Quatuor capelle cum ſuis albis amictis zonis et paramentis quarum prima ex tela villoſa viridis coloris · altera ex tela vndelata uiolithini coloris ſeu iacinctini · tertia ex oſtad tele anglicane · quarta ex tela vndelata ex filis ſericis · Item candelabrum pendulum cum octo ramis pro cerijs et candelis · [dono rectoris a Clat Alexandri Spittale m.d.lii ·] Item due phiole ſtannee cum Qui predie · Item vnum antependium cum frontali vnacum tribus honeſtis lintheaminibus et duobus corporalibus et libro miſſali impreſſo · Item tintinabulum cum ciſta conſeruatoria ornamentorum vnacum vno antependio inſtar villoſi rubei coloris dono M. Alexandri Spittal a Clat rectoris · [Item vna capella ex flueto viridi cum ſingulis neceſſarijs dono domini Thome Myrton archidiaconi ·]

INUENTARIUM ORNAMENTORUM ALTARIS DIUE VIRGINIS HOSPITALIS EIUSDEM PER DICTUM REUERENDUM PATREM FUNDATI ·

Imprimis quatuor ſimiles capelle in omnibus cum tribus lintheaminibus duabus phiolis duobus manitergijs antependio et frontali cum armis regis et eiuſdem reuerendi patris cum armariolo et duobus ſedilibus et ſcabello pro clerico miniſtrante vnacum egregio pſalterio cum figuris et ymaginibus cathenato dono venerabilis viri magiſtri Alexandri Gallouay rectoris a Kynkell · vnacum alio antependio de nouo fabricato per dictum magiſtrum Alexandrum vt patet intuenti ·

ORNAMENTA ALTARIS DIUI MAURICII ·

Imprimis quatuor lintheamina altaris · due caſule vna videlicet ex biſſo villoſa viridi altera ex veſte vndelata rubea cum earundem albis amictis ſtolis et manipulis zonis et alijs eorundem paramentis cum duobus corporalibus et cuſtode · dono quondam venerabilis viri domini Jacobi Kyncraigye decani Aberdonenſis cum duobus antependijs quorum vnum ex dono venerabilis viri magiſtri Roberti Erſkyne decani Aberdonenſis moderni · Duo miſſalia vnum ex pergameno alterum ex papiro dono ſimiliter dicti domini Jacobi Kyncragye vnacum euchariſtia eburnea et duobus candelabris pendulis et duobus candelabris ſuper altare cum ſedilibus ſumptibus dicti domini Jacobi ·

Obitus.

In Dei nomine Amen.

Dauid Lyndeſay comes Craufordie ·

Decimo octauo kalendas Februarij obitus domini Dauid Lyndeſay comitis Craufordie fundatur per reuerendum in Chriſto patrem dominum Ingeramum Lyndeſay epiſcopum Abirdonenſem de vigenti ſolidis annuatim leuandis de capellania ſua de Weſthale in parochia de Ovyne · fundatur per predictum dominum epiſcopum pro perpetuo prout in cartis plenius continetur ·

Henricus Lychton et Joneta Lychton ·

Nonis Februarij obitus Henrici Lychtone et Jonete ſponſe ſue de xiij ſ. iiij đ. leuandis de manſione edificata iuxta ortum manſionis de Murthelowc fundatur per dominum Henricum Lychton epiſcopum Abirdonenſem vnde reſpondebit dominus de Jonſtone annuatim ·

Thomas Trayl canonicus Aberdonenſis ·

oriente et terram Alexandri Watſone ex occidente annuatim xx ℈. Item de terra quondam Willelmi Andree iacente in eodem vico inter terram magiſtri Willelmi Leuinſtone ex occidente et terram Johannis Kintor ex oriente xiij ℈. iiij ₫. et de duabus terris inſimul iacentibus ex boriali parte de le Hucſterrawe dicti burgi inter terram quondam magiſtri Johannis Clat ex parte occidentali et terram Dauid Hill ex parte orientali xxvj ℈. viij ₫. Item de villa de Eſchintuly in Durris xiij ℈. iiij ₫. et ſoluti annuatim per Johannem Knowiſ in Abirdene · Item de villa de Balquhoran in baronia de Findone xl ℈. ſet dominus de Mane ſoluit de tenemento ſuo in Abirden videlicet le Rownd Tabill annuatim xx ℈. Item per compoſitionem pro certis debitis inter executores quondam magiſtri Laurencij Pyot et Georgium Leſlie de Quhit Corſſ ipſe Georgius Leſlie tenetur dare cartam ſuam et deſuper poſſeſſionem ac pro xiij ℈. iiij ₫. ad dictum altare ſancti Andree de terris ſuis de Quhit Croſ vel Glaſgowforeſt prout magiſter Laurentius Pyot conſcientiam ſuam onerauit vt patet per ſuam ſcripturam manualem quam ſummam xiij ℈. iiij ₫. dictus Georgius gratanter annuatim perſoluebat ad plurimos annos tranſactos prout ad preſens facit · Item totum illud tenementum ſiue terram de nouo conſtructam iacentem in vniuerſitate Abirdonenſi inter communem viam regiam ex orientali ex vna et terras de Setone ex occidentali partibus ab altera et terram quondam magiſtri Ade Gordone verſus auſtrum et communem venellam verſus boream que nunc dat annuatim vj lib. iij ℈. iiij ₫. et x ℈. domino epiſcopo · videlicet in domo anteriori ſunt quatuor chamere et vna taberna et quelibet chamera dat annuatim xviij ℈. et taberna viij ℈. ſumme huius iiij lib. et domus interior cum chamera et coquitra et orto ſoluit mihi annuatim xiij ℈. iiij ₫. et domino epiſcopo x ℈. Et alia domus verſus auſtrum ſoluit xx ℈. et domus in qua ſtat fornax x ℈. et horeum non aſſedatur alicui ad preſens · Et vnum annuum redditum x ℈. de terra Andree Kennerty iacente in eadem vniuerſitate Abirdonenſi inter terram Johannis Ȝong ex auſtrali et terram Willelmi Wilſone ex boriali

partibus ab altera · Et pro oreo preſcripto eſt vna domus de nouo edificata in eodem loco que de nouo aſſedatur Roberto Halyburton pro xvj ß. in anno ·

Nota quod omnes preſcripti annui redditus terrarum ſunt de fundo terrarum preſcriptarum prout latius patet in cartis deſuper confectis ·

Rentale altaris ſancti Duthaci in eccleſia parrochiali beati Nicholai de Abirdene ·

In primis de terris quondam Johannis Torrelocht iacentibus infra dictum burgum de Abirdene in vico ſuperiori eccleſie ex auſtrali parte eiuſdem vici inter terram Donaldi Strachin ex oriente et torrentem ex occidente x ß. Item de terra quondam Johannis Trall ex auſtrali parte eiuſdem vici inter terram quondam Thome Prat ex oriente et communes vias regias verſus occidens et boriam et terram quondam Dauid Club verſus auſtrum v ß. Item de terra quondam Johannis Scrogis iacente ex boriali parte eiuſdem vici inter terram quondam Andree Murray ex oriente et terram Jacobi Colliſone ex occidente v ß. Item de terra interiore quondam Willelmi Tulydeff in vico furcarum ex occidentali parte eiuſdem vici inter terram Johannis Colliſon ex oriente et lacum ex occidente et terram quondam Willelmi Abirdour verſus auſtrum et terram dicti Johannis verſus boriam vj ß. Item de terra iacente in le grene inter torrentem ex oriente et terram Johannis Litſter ex occidente xx d. Item vnum tenementum videlicet terram meam iam vaſtam iacentem in vico nauium inter terram Willelmi Mor ex parte occidentali et terram Johannis Gonis ex oriente et terram meam iam vaſtam iacentem in eodem vico inter terram Johannis Gonis ex occidentali et viam regiam ex parte orientali · Item iiij ß. et iiij d. de terra Thome Litſter iacente in vico ſuperiore eccleſie inter terram Ade Litſter ex parte boriali et terram Thome Traill ex parte auſtrali · Et alium annuum redditum vj ß. et viij d. de terra dicti Thome Traill iacente in

eodem vico inter terram dicti Thome Litſter ex parte boreali et terram Thome Club ex parte auſtrali · Et vnum annuum redditum xx đ. de terra dicti Thome Club iacente in eodem vico inter terram Thome Traill ex parte boriali et terram Johannis Crag ex parte auſtrali · Et vnum annuum redditum ix s̃. de terra Willelmi Mor iacente in vico nauium dicti burgi inter terram Andree Alani ex parte occidentali et antedictam terram meam ex parte orientali · Et vnum annuum redditum vij s̃. et xj đ. de terra Johannis Gonis in dicto vico inter predictas terras meas ex partibus occidentali et orientali · Et vnum annuum redditum xl đ. de terra Willelmi Club piſtoris iacente iuxta finem dicti vici inter terram quondam Gilberti Maſone ex parte orientali et terram Willelmi Lammyntone ex parte auſtrali et duas vias regias tam ex parte boreali quam occidentali ·

Nota quod omnes preſcripti annui redditus terrarum ſunt de fundo ipſarum preſcriptarum prout lacius in cartis deſuper confectis plenius continetur ·

Magiſter Duncanus Scherar rector de Clat ornauit et decorauit dictum altare ſancti Duthaci cum calice argenti cum ymaginibus ſanctorum Moloci Fotini Kentigerni et ſancte Brigide ſupra calicem et in patena eiuſdem cum ymagine beate Marie virginis deauratis et cum diuerſis alijs ornamentis · Et cum ſedili ante altare ſupra quod ponere fecit vnum volumen ligatum in quo incipiunt ſermones fratris Willelmi Lugdon de epiſtolis in dominicis diebus per annum · et vnum martilogium et vnum pſalterium cathenanda coram dicto altari ad ſedile ſiue ſtallum · et pro Deo orate pro eo et cum vno breuiario in percamino cathenato ·

Rentale ad emendum panem et vinum recens annuatim diſtribuendum de die in diem ſingulis annis capellanis in eccleſia parochiali beati Nicholai celebraturis pro conſecratione ſacramenti ·

In primis vnum annuum redditum ix s̃. de terra Thome

Litſter iacente inter terram Ade Litſter ex parte boriali et terram Thome Traill ex parte auſtrali in vico ſuperiori eccleſie · Et vnum annuum redditum xxx ſ. de terra Andree Raniſone iacente in eodem vico extra portam ex boriali parte inter terram Thome Meldrum et Andree Mechilſone ex parte occidentali et communem viam regiam verſus auſtrum et lacum verſus boriam · Et vnum annuum redditum xx đ. de terra quondam Anguſſij Glennyſone nunc autem Willelmi Ꝿong inter terram quondam Edmundi Lawſone ex parte boriali et terram Gilberti Letht ex parte auſtrali · Et vnum annuum redditum v ſ. de terra Johannis Maliſone iacente in vico caſtri ex parte boriali eiuſdem vici inter terras quondam Willelmi Buchane et Johannis Wormet ex oriente et terram quondam Mordaci Glenmalwing ex occidente et vias regias ex auſtrali et boriali partibus ·

Summa huius pro pane et vino annuatim vt ſupra xlv ſ. viij đ.

Nota quod omnes preſcripti annui redditus terrarum ſunt de fundo ipſarum preſcriptarum prout latius in cartis deſuper confectis plenius continetur .

Viceſimo quinto die Junij in feſto ſancti Moloci fiat ſingulis annis commemoratio in eccleſia cathedrali Abirdonenſi pro quibus magiſter Duncanus Scherer orare tenetur et erit ſolempnis miſſa eodem die videlicet ſancti Moloci de nota ad altare ſancti Andree cum alijs priuatis [miſſis] aliorum capellanorum Duncanus ipſe dum vixerit · poſt cuius mortem anniuerſarium ſolempne die obitus ſue perpetuo celebretur pro quo dedit vicarijs et capellanis chori eiuſdem xiij ſ. iiij đ. annuatim prout in carta et inſtrumento deſuper confectis continetur de terris Willelmi de Kintor burgenſis burgi de Abirdene iacentibus infra dictum burgum videlicet terra dicti Willelmi quam inhabitat iacente in vico caſtri eiuſdem burgi inter terram Johannis Wormet ex parte occidentali ex vna et terram Murdaci Glenmalwing ex parte orientali · Et de terra dicti Willelmi in Fute iam vaſta cum crofta in cauda eiuſdem ſequenti et hoc de fundo eiuſdem iacente inter terram Findelai Fleſcher ex parte boriali et

terram Willelmi Cryne ex parte auſtrali et orientali et viam regiam verſus occidens · et de vna crofta dicti Willelmi iacente ad finem vici furcarum inter croftam quondam Alexandri Howyſone ex parte boriali et duas vias regias verſus oriens et auſtrum ·

Viceſimo quinto die Junij in feſto ſancti Moloci fiat ſingulis annis commemoratio pro quibus magiſter Duncanus Scherar rector de Clat orare tenetur et erit ſolempnis miſſa in nouo collegio vniuerſitatis videlicet ſancti Moloci de nota ad magnum altare cum alijs priuatis miſſis aliorum dominorum magiſtrorum et capellanorum fundatorum et fundandorum dum vixerit · Poſt cuius mortem anniuerſarium ſolempne die obitus ſui perpetuo celebretur prout moris eſt pro alijs canonicis in dicto collegio · pro quo dedit dictis magiſtris dominis cappellanis et pueris fundatis et fundandis in dicto nouo collegio vniuerſitatis Abirdonenſis vnum annuum redditum xx ℔. annuatim leuandum de terra Rechardi Hill iacente in burgo Abirdonenſi in vico furcarum ex orientali parte eiuſdem vici inter terram Johannis Colliſone ex auſtrali et terram quondam Duncani Lundoris ex boriali prout in litteris fundationis dicti magiſtri Duncani plenius continetur ·

In nomine domini nostri Jesu Christi. Epistolare de tempore et de sanctis . ad cathedralis ecclesie Aberdonensis vsum ac consuetudinem per anni circulum diuisum . incipit.

Reuerendus in Christo pater ac dominus dominus Gauinus Dunbar episcopus Aberdonensis me fieri fecit Antwerpie anno Domini M.D.XXVII.

[Dominica Aduentus ·]

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos ·

Fratres scientes quia hora est iam nos de somno surgere · Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus · Nox precessit dies autem appropinquauit · Abijciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sic vt in die honeste ambulemus · Non in commessationibus et ebrietatibus · non in cubilibus et impudicitijs · non in contentione et emulatione · Sed induimini dominum Iesum Christum ·

Reuerend' In chro pater ac
dn̄s. do. Gauin' dūbar ep̄s
Abirdoneñ me fieri fecit Ant
werpie. Anno dn̄i 1527

H.

Feria quarta · Lectio epistole beati Iacobi apostoli ·

Chariſſimi patientes eſtote vſque ad aduentum domini · Ecce enim agricola expectat precioſum fructum terre patienter ferens donec accipiat temporaneum et ſerotinum · Patientes igitur eſtote et vos et confirmate corda veſtra quoniam aduentus domini appropinquabit · Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum vt non iudicemini · Ecce enim iudex ante ianuam expectat · Exemplum enim accipite fratres chariſſimi exitus mali et longanimitatis et laboris et patientie prophetas qui locuti ſunt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ·

Feria sexta · Lectio Isaie prophete ·

Hec dicit dominus Deus · Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt et queritis dominum · Attendite ad petram vnde exciſi eſtis et ad cauernam laci de qua preciſi eſtis · Attendite ad Abraham patrem veſtrum et ad Saram que peperit vos · Quia vnum vocaui eum et benedixi ei et multiplicaui eum · Conſolabitur ergo dominus Syon et conſolabitur omnes ruinas eius · Et ponet deſertum eius quaſi delicias et ſolitudinem eius quaſi hortum domini · Gaudium et letitia inuenietur in ea · gratiarum actio et vox laudis · Attendite ad me populo meus et tribus mea me audite · Quia lex a me exiet et iudicium meum in lucem populorum requieſcet · Prope eſt iuſtus meus · egreſſus eſt ſaluator meus et brachia mea populos iudicabunt · Me inſule expectabunt et brachium meum ſuſtinebunt · Leuate oculos veſtros in celum et videte ſub terra deorſum · Quia celi ſicut fumus liqueſcent et terra ſicut veſtimentum atteretur et habitatores eius ſicut hec interibunt · Salus autem mea in ſempiternum erit · et iuſticia mea non deficiet · Audite me qui ſcitis iuſtum · populus meus · lex mea in corde eorum · Nolite timere opprobrium homi-

num et blaſphemias eorum ne metuatis · Sicut enim veſtimentum ſic comedet eos vermis et ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea · Salus autem mea in ſempiternum erit et iuſticia mea in generationes generationum ·

Dominica secunda Aduentus Domini · Ad Romanos ·

Fratres · Quecunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt vt per patientiam et conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus · Deus autem patientie et ſolacij det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum · vt vnanimes vno ore honorificetis Deum et patrem domini noſtri Ieſu Chriſti · Propter quod ſuſcipite inuicem ſicut et Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei · Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones patrum · Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum ſicut ſcriptum eſt Propterea confitebor tibi in gentibus Domine et nomini tuo cantabo · Et iterum dicit Letamini gentes cum plebe eius · Et iterum Laudate omnes gentes Dominum et magnificate eum omnes populi · Et rurſum Iſaias ait Erit radix Ieſſe et qui exurget regere gentes in eum gentes ſperabunt · Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio et pace in credendo vt abundetis in ſpe et virtute Spiritus Sancti ·

Feria quarta · Zacharie prophete ·

Hec dicit dominus Deus exercituum Reuerſus ſum ad Syon et habitabo in medio Hieruſalem et vocabitur Hieruſalem ciuitas veritatis et mons domini exercituum mons ſanctificatus · Hec dicit dominus deus exercituum Adhuc habitabunt ſenes et anus in plateis Hieruſalem et viri baculus in manu eius pre multitudine dierum · Et platee ciuitatis complebuntur infantibus et puellis

ludentibus in plateis eius · Hec dicit dominus exercituum Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis nunquid in oculis meis difficile erit dicit dominus exercituum · Hec dicit dominus exercituum Ecce ego ſaluabo populum meum de terra orientis et de terra occaſus ſolis et adducam eos et habitabunt in medio Hieruſalem et erunt mihi in populum et ego ero eis in deum in veritate et in iuſticia dicit Dominus omnipotens ·

FERIA SEXTA · LECTIO ISAIE PROPHETE ·

Hec dicit dominus deus Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes · tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt · Qui reminiſcimini domini ne taceatis et ne detis ſilentium ei donec ſtabiliat et donec ponat Hieruſalem laudem in terra · Jurauit dominus in dextera ſua et in brachio fortitudinis ſue Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis et ſi biberint filij alienigene vinum tuum in quo laboraſti · Quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt Dominum · et qui comportant illud bibent in atrijs ſanctis meis · Tranſite tranſite per portas preparate viam populo planum facite iter et eligete lapides et eleuate ſignum ad populos ecce dominus auditum fecit in extremis terre · Dicite filie Syon ecce ſaluator tuus venit ecce merces eius cum eo et opus illius coram illo · Et vocabunt eos populus ſanctus redempti a domino · Tu autem vocaberis queſita ciuitas et non derelicta ·

DOMINICA TERTIA ADUENTUS DOMINI · AD CHORINTHEOS ·

Fratres · Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti et diſpenſatores miniſteriorum Dei · Hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur · Michi autem pro minimo eſt vt a vobis

iudicer aut ab humano die [*judicio*] ſed neque me ipſum iudico · Nichil michi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum · Qui autem iudicat me Dominus eſt · Itaque nolite ante tempus iudicare quo ad vſque veniat Dominus qui et illuminabit abſcondita tenebrarum et manifeſtabit conſilia cordium · Et tunc laus erit vnicuique a Deo ·

FERIA QUARTA QUATUOR TEMPORUM · LECTIO ISAIE PROPHETE ·

In diebus illis dixit Iſaias propheta Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium et eleuabitur ſuper colles · Et fluent ad eum omnes gentes et ibunt populi multi et dicent Venite aſcendamus ad montem Domini · et ad domum dei Iacob et docebit nos vias ſuas et ambulabimus in ſemitis eius · Quia de Syon exibit lex et verbum domini de Hieruſalem · Et iudicabit gentes et arguet populos multos · Et conflabunt gladios ſuos in vomeres et lanceas ſuas in falces · Non leuabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur vltra ad prelium · Domus Iacob venite et ambulemus in lumine Domini Dei noſtri ·

LECTIO ISAIE PROPHETE ·

In diebus illis locutus eſt dominus ad Achaz dicens Pete tibi ſignum a domino deo tuo in profundum inferni ſiue in excelſum ſupra · Et dixit Achaz Non petam et non tentabo Dominum · Et dixit Audite ergo domus Dauid · Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus quia moleſti eſtis et deo meo ? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum · Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel · Butyrum et mel comedet vt ſciat reprobare malum et eligere bonum ·

FERIA SEXTA · LECTIO ISAIE PROPHETE ·

Hec dicit dominus Deus · Egredietur virga de radice Ieſſe et flos de radice eius aſcendet · et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini ſpiritus ſapientie et intellectus ſpiritus conſilij et fortitudinis ſpiritus ſcientie et pietatis et replebit eum ſpiritus timoris domini · Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit neque ſecundum auditum aurium arguet · ſed iudicabit in iuſticia pauperes et arguet in equitate pro manſuetis terre · et percutiet terram virga oris ſui et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium · et erit iuſticia cingulum lumborum eius et fides cinctorium renum eius ·

SABBATO QUATUOR TEMPORUM · ISAIE PROPHETE ·

In diebus illis clamabunt ad dominum a facie tribulantis et mittet eis ſaluatorem et propugnatorem qui liberet eos · et cognoſcetur dominus ab Egipto et cognoſcent Egiptij dominum in die illa et colent eum in hoſtijs et muneribus et vota vouebunt domino et ſoluent · Et percutiet dominus Egiptum plaga et ſanabit eam · et reuertentur Egiptij ad dominum et placabitur eis et ſanabit eos dominus deus noſter ·

PROPHECIA SECUNDA · LECTIO ISAIE PROPHETE ·

Hec dicit dominus · Letabitur deſerta et inuia et exultabit ſolitudo et florebit quaſi lilium · germinans germinabit et exultabit letabunda et laudans · gloria Libani data eſt ei decor Carmeli et Saron · ipſi videbunt gloriam domini et decorem dei noſtri · Confortate manus diſſolutas et genua debilia roborate · dicite puſillanimis Confortamini et nolite timere · ecce deus noſter

vltionem adducet retributionis deus ipſe veniet et ſaluabit nos · tunc aperientur oculi cecorum et aures ſurdorum patebunt · tunc ſaliet ſicut ceruus claudus et aperta erit lingua mutorum · quia ſciſſe ſunt in deſerto aque et torrentes in ſolitudine · et que erat arida in ſtagnum et ſitiens in fontes aquarum · ait dominus omnipotens ·

PROPHECIA TERCIA · LECTIO ISAIE PROPHETE ·

Hec dicit dominus Super montem excelſum aſcende tu qui euangeliſas Syon exalta in fortitudine vocem tuam qui euangeliſas Hieruſalem · exalta noli timere · dic ciuitatibus Iude Ecce deus veſter ecce dominus deus in fortitudine veniet et brachium eius dominabitur · ecce merces eius cum eo et opus illius coram illo · Sicut paſtor gregem ſuum paſcet in brachio ſuo congregabit agnos et in ſinu ſuo leuabit eos dominus deus noſter ·

QUARTA PROPHECIA · LECTIO ISAIE PROPHETE ·

Hec dicit dominus Chriſto meo Cyro cuius apprehendi dextera vt ſubijciam ante faciem eius gentes et dorſa regum vertam · et aperiam coram eo ianuas · et porte non claudentur · Ego ante te ibo et glorioſos terre humiliabo · portas ereas conteram et vectes ferreos confringam · et dabo tibi theſauros abſconditos et archana ſecretorum vt ſcias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus Iſrahel · propter ſeruum meum Iacob et Iſrahel electum meum · Et vocaui te nomine tuo aſſimulaui te et non cognouiſti me · Ego dominus et non eſt amplius · extra me non eſt deus · accinxi te et non cognouiſti me · vt ſciant hi qui ab ortu ſolis et qui ab occidente · quoniam abſque me non eſt deus · Ego dominus et non eſt alter · formans lucem et creans tenebras · faciens pacem et creans

malum · Ego dominus faciens omnia hec · Rorate celi deſuper et nubes pluant iuſtum · Aperiatur terra et germinet ſaluatorem et iuſticia oriatur ſimul · Ego dominus creaui eum

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

LECTIO QUINTA · · · SABBATO POST PENTHECOSTEN · AD HEBREOS ·

Fratres · Tabernaculum factum eſt primum in quo erant candelabra et menſa et propoſitio panum quod dicitur ſancta · Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctorum habens aureum thuribulum et arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro in qua erat vrna aurea habens manna et virga Aaron que fronduerat et tabule teſtamenti ſuper que erant cherubin glorie obumbrancia propiciatorium de quibus non eſt modo dicendum per ſingula · His vero ita compoſitis in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes · In ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine quem offerret pro ſua et populi ignorantia · Hoc ſignificante Spiritu Sancto nondum prolatam eſſe ſanctorum viam adhuc priori tabernaculo habente ſtatum · Que parabola eſt temporis inſtantis iuxta quam munera et hoſtie offeruntur que non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem · Solummodo in cibis et potibus et varijs baptiſmatibus et iuſticijs carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis · Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorum peramplius et perfectius tabernaculum non manufactum id eſt non huius creationis neque per ſanguinem hyrcorum aut vitulorum ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta eterna redemptione inuenta ·

In dedicatione ecclesie Aberdonensis · Lectio libri Apocalipsis beati Johannis apostoli ·

In diebus illis Ego Johannes vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de celo a Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo · Et audiui vocem magnam de throno dicentem Ecce tabernaculum Dei cum hominibus et habitabit cum eis et ipſi populus eius erunt et ipſe Deus cum eis erit eorum Deus · Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum et mors vltra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit vltra quia prima abierunt · Et dixit qui ſedebat in throno Ecce noua facio omnia ·

Proprium Sanctorum ·

In die beati Andree · Ad Romanos ·

Fratres · Corde creditur ad iuſticiam ore autem fit confeſſio ad ſalutem · Dicit enim ſcriptura omnis qui credit in illum non confundetur · Non enim eſt diſtinctio Iudei et Greci nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini ſaluus erit · Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderint? Aut quomodo credent ei quem non audierunt ? Quomodo autem audierint ſine predicante ? Quomodo vero predicabunt niſi mittantur ? Sicut ſcriptum eſt Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona · Sed non omnes obediunt euangelio · Iſaias enim dicit Domine quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu auditus autem per verbum Chriſti · Sed dico Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum et in fines orbis terre verba eorum ·

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Pro serenitate aeris · Lectio Hieremie Prophete ·

In diebus illis locutus eſt Ieremias propheta dicens Conſurge lauda in nocte in principio vigiliarum effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini dei tui · Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum · qui defecerunt fame in capite omnium compitorum · Vide domine et conſydera quem vindemiaueris ita · Ergo ne comedent mulieres fructum ſuum paruulos ad menſuram palme · ſi occiditur in ſanctuario domini ſacerdos et propheta formido et laqueus facta eſt nobis vaticinatio et contritio · Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filie populi mei oculus meus afflictus eſt nec tacuit eo quod non eſſet requies donec reſpiceret et videret dominus de celis · Inundauerunt aque ſuper caput meum · dixi Perij · Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouiſſimo vocem meam audiſti · Ne auertas aurem tuam a ſingultu meo et clamore · Appropinquaſti in die qua inuocaui te · dixiſti Ne timeas · Iudicaſti cauſam anime mee redemptor vite mee domine deus meus ·

Pro pluuia petenda · Lectio Hieremie prophete ·

In diebus illis orauit Ieremias propheta dicens Nunquid proijciens abieciſti Judam aut Syon abominata eſt anima tua? Quare ergo percuſſiſti nos ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem et non eſt bonum et tempus curationis et ecce turbatio · Cognouimus domine impietates noſtras et iniquitates patrum noſtrorum quia peccauimus tibi · Ne des nos in obprobrium propter

nomen tuum neque facias nobis contumeliam ſolij glorie tue · Recordare ne irritum facias fedus tuum nobiſcum · Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant aut celi poſſunt dare hymbres niſi tu volueris? Nonne tu es dominus deus noſter quem expectauimus? Tu enim feciſti omnia hec domine deus noſter ·

Tempore belli · Lectio libri Hester ·

In diebus illis orauit Heſter ad dominum dicens Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita et non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue · Si decreueris ſaluare nos continuo liberabimur · Tu enim domine feciſti celum et terram et vniuerſa que celi ambitu continentur · Tu es dominus omnium et non eſt qui reſiſtat voluntati tue · Et nunc domine rex regum deus Abraham miſerere populo tuo quia volunt nos inimici noſtri perdere et hereditatem tuam delere · Ne deſpicias partem quam redemiſti tibi ſed exaudi deprecationem noſtram et propitius eſto ſorti et funiculo hereditatis tue · Et conuerte luctum noſtrum in gaudium vt viuentes laudemus nomen tuum et ne claudas ora canentium te domine deus noſter ·

QUEDAM DE PONTIFICUM SUCCESSIONE ET DE ORDINE CHORI ·

Breuis templi Aberdonensis pontificum Cathalogus ·

Macolmus Kennedi Scotorum rex Murthtlakcenſe templum conſtituit cathedrale ac reuerendum patrem Beanum pontificem primum in eodem preficere iuſſit anno a Chriſto nato quinto ſupra mileſimum · Quo defuncto in eius locum Denortius pontifex creatus eſt · Cui Cormachus · Cui Nectanus qui per illuſtriſſimum

Pontificū Institutio.

Breuis Templi Aberdonensis pontificum. Cathalogus.

Macolmus kennedi Scotorū rex murchclakense tēplū constituit cathedralem. ac reuerendū patrē Beanū pontificem primū in eodem preficere iussit. Anno a christo nato quinto supra milesimū. Quo defuncto in eius locū Diuortius pontifex creatus est. Cui Cormach⁹ Cui. Nectanius. qui p illustrissimū principem Dauidem Scotorū regē ex macolmo cāmoir et Margarita eius scīssi

principem Dauidem Scotorum regem ex Macolmo Canmoir et Margarita eius ſanctiſſima coniuge genitum ad Aberdoniam ſeu vetus oppidum eiuſdem tranſlatus eſt anno ſalutiferi partus quinto et vigeſimo ſupra centeſimum et mileſimum · Nectanus Aberdonie primus populum rexit · eo defuncto in eius locum Eduardus creatus eſt ſecundus · hic primus in eo templo canonicos inſtituit quod Adrianus quartus pontifex Romanus ratum habuit qui ab exordio Chriſtiane religionis anno primo et ſeptuageſimo ſupra mileſimum et centeſimum fatis ceſſit ·

Tertius Matheus ibidem pontifex de Kyninmond archidiaconus Sancti Andree temporibus diui Thome martyris Canthuriſenſis · hic ad tertium decimum kalendas Septembris anno gratie mileſimo centeſimo nonageſimo nono humo commendatus eſt ·

Quartus Johannes prior conuentualis cenobij de Kelſo · qui tertio Idus Octobris anno ſeptimo ſupra mileſimum et ducenteſimum agonem ſuum domino precibus commendabat ·

Quintus magiſter Adam cancellarius Guillermi Scotorum principis qui anno milleſimo ducenteſimo viceſimo octauo ſepulture traditur ·

Sextus Gilbertus de Striueling · qui obijt anno ſalutiferi partus nono et triceſimo ſupra ducenteſimum et milleſimum ·

Septimus Randulphus de Lambley abbas de Arbroth hic anno ſeptimo et quadrageſimo ſupra mileſimum et ducenteſimum ad patres ſuos annumeratus eſt ·

Octauus magiſter Petrus de Ramſay · hic ad cultum diuinum decantandum tredecim canonicos ſibi aſſociauit quibus ſingulis prebendas dedit et manſiones ſanctioneſque ſaluberrimas quibus ad preſens gaudent inſtituit et ordinauit · qui anno virginei partus mileſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo ad ſuperos euectus eſt ·

Nonus Richardus Pottoht natione Anglus qui ſexto Kalendas Maij anni milleſimi ducenteſimi ſeptuageſimi ſecundi ſpiritum exalauit ·

Decimus Hugo de Benhame qui in lacu Goule inſidijs occubuit anno incarnationis Dominice M.CC.LXXXII.

Vndecimus Henricus Cheine regnante illuſtriſſimo principe Roberto Bruice Scotorum rege · qui anno M.CCC.XXVIII. vita functus eſt ·

Duodecimus Alexander de Kynimond huius nominis primus qui quarta decima Auguſti anno M.CCC XL. ab hac luce in celum migrauit ·

Decimus tertius Guillermus de la Deyne regnante Dauide Bruice Scotorum principe · hic viceſima Auguſti anno M.CCC.L. ab his inferioribus tranſlatus eſt ſedibus ·

Decimus quartus Johannes de Rayte ſacrarum literarum profeſſor qui anno ſalutis M.CCC.LV. Aberdonie marmore clauditur ·

Decimus quintus Alexander de Kynimond huius nominis ſecundus doctor theologus qui primus templi huius fundamenta iecit · Hic anno Chriſtiane orginis M.CCC.LXXX. quarto Kalendas Auguſti animam a corpore ſeparari iuſſus eſt ·

Decimus ſextus Adam Cunynghame decanus Aberdonenſis hic pro libertate eccleſie haud minimas perpeſſus eſt contumelias · tandem in craſtino diui Lamberti animam tranſuexit ad ſuperos anno M.CCC.LXXXIX.

Decimus ſeptimus Gilbertus Greinlaw cancellarius Scotie qui anno M.CCCC.XXII. in cinerem redactus eſt ·

Decimus octauus Henricus Lichton vtriuſque cenſure doctor alias prebendarius de Kinkel et Morauienſis epiſcopus · hic templum hoc a fundamentis edificari fecit qui anno M.CCCC.XL. ſupra ethera collocatur .

Vndeviceſimus Ingeramus de Lyndeſay · hic templum lapide texti et idem pauimento decorauit qui ſenio confectus anno M.CCCC.LIV. nature debitum ſoluit ·

Viceſimus Thomas Spens · hic vitro templum muniuit palacium edificauit tabernaculum altaris cum nonnullis ornamentis honorifice iuſſit adduci et anno M.CCCC.LXXX. Edinburgi ſepulture datus ·

Viceſimus primus Robertus Blaccater · hic infra triennium ad archiepiſcopatum Glaſguenſem tranſlatus eſt qui Hieroſolimis pere-
re profectus ibidem vltimum claſit diem ·

Viceſimus ſecundus Guillermus Elphinſton decretorum doctor Jacobi quarti Scotorum regis inclitiſſimi ſigilli priuati cuſtos · hic ciuitatem veteris oppidi Aberdonenſis primus inſtituit ac inſigne collegium magiſtrorum et ſcolarium in eodem erexit conſtruxit fundauit et dotauit · Templum hoc celeberrimum cum maiore campanili ab eodem condito laminibus plumbeis texit maioreſque campanas adduxit et ponti de Dee nonnulla initia dedit · tandem ſenio confectus octuageſimo quarto etatis ſue anno xxv menſis Octobris qui erat annus ſecundus conflictus de Floudon anno M.D.XIV. animam domino precibus commendabat et in dicto ſuo collegio ſepultus magnifice ·

Viceſimus tertius Alexander Gordon Morauienſis eccleſie cantor · qui vltimo Junij anno mileſimo quingenteſimo decimo octauo ab hac mortali vita deceſſit ·

Viceſimus quartus reuerendus in Chriſto pater ac dominus Gauinus Dunbar Sancti Andree alias archidiaconus principalis ac Morauienſis eccleſie decanus ſereniſſimorumque principum Jacobi quarti et quinti impreſentiarum feliciter regnantis Scotorum regum rottulorum et regeſtri clericus et integerrimus conſiliarius · qui hoc epiſtolare ad huius eccleſie conſuetudinem et dei laudem ſcribi et ornari fecit Antwerpie anno virginei partus ſeptimo et vigeſimo ſeſqui mileſimo · Hic trans Dee fluuium ingentem pontem ex inciſo lapide optimo artificio ſeptennio edificauit · atque huius templi toreumata ſeu celum ipſum opere exaſciato imaginibus et principum inſignijs fabricari fecit et picturis decentiſſimis decorauit · Atque ob Dei omnipotentis honorem et intemerate virginis Marie gloriam et huius templi celeberrimi decorem infraſcripta donaria vltro conceſſit et deliberauit ·

Primo · calicem ex auro puriſſimo ponderis vnciarum [ ] ·

Item alterum calicem argenteum deauratum ponderis [ ] ·

Item crucem magnam argenteam cum pede in parte deauratam ponderis xij marcarum vij vnciarum xvj eſterlingorum ·

Item paruam crucem pectoralem argenteam deauratam ponderis trium vnciarum xij eſterlingorum ·

Item vnam monſtrantiam deauratam ex argento optimo pro cuſtodia venerabilis ſacramenti ponderis [ ] ·

Item duo candelabra argentea in parte deaurata ponderis xiij marcarum vij vnciarum xviij eſterlingorum ·

Item vas aque benedicte cum aſperſorio argenteum deauratum ponderis xij marcarum v eſterlingorum ·

Item duas phiolas argenteas ponderis ij marcarum j vncie iiij eſterlingorum ·

Item tria monilia ſeu pectoralia capparum ponderis [ ] ·

Item virgam bedelli argenteam ponderis [ ] ·

Item euangelium in ſuperficie argenteum cum imagine Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti et clauſuris · ad euangelium Dei cantandum ponderis [ ] ·

Item conſeruatorium ferreum eleganter inciſum pro conſeruatione et cuſtodia omnium prefatorum iocalium Antwerpie ibi ſupra factum ·

Item vnum candelabrum eneum penſile in choro coram venerabili ſacramento ·

Item duas elegantes ampullas pro criſmate et oleo ſancto ponderis xvij vnciarum j eſterlingi ·

Item ſimilem ampullam pro oleo infirmorum cum ſingulis ſuis cuſtodibus congruentibus viij vnciarum ·

Item imaginem moyſi eneam cum tabula decem preceptorum Dei vna cum lampade enea decente ad vſum chori et vaſculo eneo pro aqua benedicta ·

Item tres cappas vnam caſulam binas tunicellas et totidem dalmaticas ex auro textili precioſo cum earundem orarijs manipulis albis zonis et alijs decoramentis ·

Item ex eodem auro textili quatuor puluinaria ad decoramentum maioris altaris vna cum cuſtode corporalium et ſandalium pro pontifice quibus honorifice preparatur ·

Item pro indumentis pontificis temporibus principalium feſtorum celebrantis tunicellam et dalmaticam ex biſſo dammaſie cum preparamentis eiſdem conuenientibus ·

Item quatuor cappas vnam caſulam cum tunica et dalmatica ex holoſerico crammoſij cum alijs omnibus preparamentis ad eaſdem pertinentibus ·

Item tres teſſeras ſeu vela cum baculis conuenientibus pro proceſſionis decoramento ·

Item quatuor tunicellas pro ceroferarijs et thuribularijs vna cum cappula pro cruciferario ex biſſo mixtuario ·

Item tentorium ad deferendum ſuper venerabili ſacramento ex biſſo villoſo iacinctino cum imaginibus picturis et ſcripturis conuenientibus ex auro textili ſatis precioſo cum baculis et ſuſtentaculis ad huiuſmodi tentorium pertinentibus ·

Item preterea quatuor cappas vnam caſulam cum tunica et dalmatica ex biſſo villoſo iacinctino et totidem cappas caſulam cum tunicella et dalmatica ex biſſo villoſo praſino ſeu viridi cum albis orarijs manipulis zonis et ceteris alijs decoramentis ad ea ſpectantibus .

Item ſatis amplum veſtiarium cum tractatulis et clauſuris pro huiuſmodi ornamentorum conſeruatione ·

Item vnum antependium magni altaris ex auro textili viride coloris cum inſignijs et armis dicti pontificis ·

CANONICORUM CAPITULI ORDINATIO PRIMARIA ·

De numero prebendarum ac earundem institutione et ordine cathedralis templi Aberdonensis per pontifices in eodem legittime institutarum hactenus obseruato ·

Eduardus .

Eduardus qui Nectano ſucceſſit primus fertur inſtituiſſe canonicos ſed de eorundem numero qualitate et dignitate nulla legittima conſpiciuntur documenta ·

Petrus Ramſay ·

Verum reuerendus in Chriſto pater ac dominus magiſter Petrus huius templi pontifex octauus tredecim in eodem conſtituit canonicos et eiſdem manſiones conuenientes aſſignauit videlicet in primis Decanum · ſecundo Cantorem · tertio Cancellarium · quarto Theſaurarium · quinto Archidiaconum · ſexto Epiſcopum · ſeptimo Balheluy · octauo Oyne · nono Murthtlak · decimo Inuercroudane · vndecimo Banquhory devynnick · duodecimo Clat · poſtremo prebendam de Deir · quibus apoſtolica fretus auctoritate omnimodam iuriſdictionem infra cepta canonie tribuit vt in regeſtris deſuper confectis latius videri licet ·

Tandem temporis proceſſu hic numerus canonicorum et prebendarum per hos ſequentes pontifices auctus eſt .

Richardus Pottocht ·

Reuerendus dominus Richardus Pottocht templi huius nonus pontifex prebendam de Crechtmont his treſdecim adiunxit anno M.CC.LXII.

Henricus Chein ·

Preterea reuerendus dominus Henricus Chein Aberdonenſis pontifex vndecimus has vniuit prebendas videlicet prebendam de Lummey anno M.CCC.XIV. Prebendam de Aberdour M.CCC.XVIII. Prebendam de Forbes M.CCC.XXV. Poſtremo prebendam de Ellon ex conſenſu monachorum cenobij de Kinloſſ anno M.CCC.XXVIII.

Alexander de Kynnimond primus ·

Deinde reuerendus pater Alexander de Kynnimond huius nominis primus pontifex duodecimus prebendam de Kyncardin alias hoſpitale infirmorum per quondam Alanum Duruard fundatum canonicorum numero incorporauit M.CCC.XXX.

Alexander de Kynnimond ſecundus ·

Deinceps reuerendus pater dominus Alexander de Kyninymond

ſecundus pontifex Aberdonenſis decimus quintus has infraſcriptas prebendas precedentibus aſſociauit videlicet · Inuernocty M.CCC.LVI. Philortht M.CCC.LXI. Methtlak M.CCC.LXII. Tullineſle M.CCC.LXVI. Dulmaok ad inſtantiam diſcreti viri magiſtri Johannis de Peblis M.CCC.LXVIII.

Gilbertus Greinlau ·

Inſuper reuerendus in Chriſto pater Gilbertus Greinlau pontifex decimus ſeptimus prebendam de Turref alias hoſpitale per comitem Buchanie fundatum predictis adiecit anno M.CCCC.XII.

Henricus de Lychton ·

Poſtremo reuerendus in Chriſto pater ac dominus Henricus de Lychton pontifex decimus octauus prebendam de Kinkel alias dictam plebaniam ſeu militum Hieroſolimitanorum cum capellis eiuſdem annexis numero ſuorum canonicorum retulit · Anno redemptionis humane M.CCCC.XX. Necnon prebendam de Coldſtain anno Domini M.CCCC.XXIV.

Ingeramus de Lindeſay ·

Demum reuerendus in Chriſto pater Ingeramus de Lindſay pontifex vndeuiceſimus prebendas de Rothtwen alias hoſpitale infirmorum necnon et de Monimuſk accedente conſenſu archiepiſcopi ſancti Andree ſupradictis annumerauit anno mileſimo quadringenteſimo viceſimo quinto [M.CCCC.XLV.]

Et tantum de inſtitutione prebendarum cathedralis eccleſie Aberdonenſis ac eorundem prerogatiua locorum que ex eorundem receptione dignoſcitur ·

Antwerpie anno M.D.XXVII.

De Ordine Capituli ·

De canonicorum digniſſimo cetu ordine et loco in ſtallis capitulo et proceſſione inſignis templi Aberdonenſis tam ex primaria quam ſecundaria eorundem inſtitutione in eodem hactenus obſeruato reuerendo in Chriſto patre ac domino Gauino diuina perregente gratia eorundem pontifice digniſſimo cathedram feliciter regente anno M.D.XXVI. et ad preſens dum hec agerentur ſupradictum capitulum repreſentantium · Hij venerabiles et egregij viri magiſtri et domini has dignitates et prebendas poſſidentes reperti ſunt · de quorum numero prebenda pontificis inter premiſſas minime computatur ·

Decanatum	Jacobus Kyncragi ·
Cantoriam	Dauid Diſchington ·
Cancellariam	Johannes Dyngwal ·
Theſaurariam	Robertus Elphinſton ·
Archidiaconatum	Thomas Myrton ·
Balheluy	Gilbertus Strathaquhyn ·
Oyne	Willelmus Crechton ·
Murthlak	Alexander Dunbar ·
Inuercroudane	Johannes Ogilui ·
Banquhorye	Henricus Forſytht ·
Clate	Willelmus Elphinſton ·
Deyr	Johannes Iruyng ·
Crechmont	Laurentius Tailȝefeir ·
Lummei	Jacobus Gordon ·
Aberdour	Alexander Gray ·
Forbes	Jacobus Strathaquhyn ·
Ellon	Thomas Suthirland ·
Kincardin	Robertus Elphinſton ·
Inuernochty	Alexander Elphinſton ·
Philortht	Johannes Leith ·

Methtlak	Jacobus Lyne ·
Tullineſle	Willelmus Cabel ·
Dulmaok	Johannes Gallouay ·
Turref	Alexander Haye ·
Kynkel	Alexander Gallouay ·
Coldſtaine	Crechton ·
Rothtwene	Thomas Haye ·
Monimuſk	Patricius Dunbar ·

Demum Arthurus Boetius decretorum doctor in ſupradictum numerum anno quo ſupra relatus ·

De ordine vicariorum chori ·

De numero . . . . et inſtitutione vicariorum chori templi Aberdonenſis et de eorundem qualitate aliorumque miniſtrorum eiuſdem · . . . . . .

. . . . . .

Abſolutio Papalis pro Alexandro et Johanne Forbes ·

Venerabili in Chriſto patri Dei gratia epiſcopo Aberdonenſi vel M. eius in ſpecialibus vicario aut commiſſario generali Laurentius miſeratione [diuina] epiſcopus Preneſtin' ſalutem et ſinceram in Domino charitatem · Ex parte Alexandri Forbeſſ et Johannis etiam Forbeſſ Georgij Colle ac Georgij Ogelbe nec non Andree Ferrer complicum laicorum veſtre ſeu alterius dioceſis fuit propoſitum coram nobis quod alias ipſi perſuaſu et inſtigatione hoſtis antiqui generis humani contra et aduerſus Mertinum ſeu Marcum Cowttis preſbiterum manus violentas temere iniecerunt eumque interfecerunt penam canonis *Si quis ſuadente diabolo* incipientis et alias eccleſiaſticas ſententias cenſuras et penas etiam per prouinciales et ſynodales conſtitutiones aut alias talia preſumentes latas damnabiliter incurrendo et demum ea occaſione ad inſtantiam promotoris ſeu procuratoris veſtri fiſchalis accuſati dicti exponentes premiſſa fatentes et in probatione ſue exceptionis legittime defenſionis omnino ſuccumbentes et difficientes per vos domine commiſſarie penam dicti canonis *Si quis ſuadente diabolo* incurriſſe et ad ſedem apoſtolicam ac dominum

Papam pro abſolutione oportuna deſuper obtinenda remittendos eſſe et remitti debere prout etiam remiſiſtis decreuiſtis pronunciaſtis et declaraſtis eoſque in expenſis litis earum taxationem vobis reſeruando condempnaſtis dictis exponentibus eidem ſententie decreto ſeu condampnationi forſan acquieſcentibus · Cum autem ſicut eadem ſubiungebat petitio dicti exponentes qui auctoritate veſtra ordinaria donec eijs ad ſedem apoſtolicam pateret acceſſus fuerint abſoluti ob paupertatem et rerum penuriam ac alios euentus ſedem predictam commode adire non valeant · Propterea ad cor reuerſi et premiſſa commiſiſſe plurimum dolentes et a ſimilibus in futurum abſtinere proponentes ſupplicari fecerunt humiliter ſibi ſuper his per ſedem apoſtolicam de oportuno remedio miſericorditer prouideri · Nos igitur ſententie decreti et condempnationis et proceſſus habiti predicti ac aliorum hic latius exprimendorum tenores et compendia preſentibus pro plane et ſufficienter expreſſis habentes auctoritate domini pape cuius penitentiarie curam gerimus et de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viue vocis oraculo nobis facto circumſpectioni veſtre committimus quatenus ſi eſt ita poſtquam per omnes maiores eccleſias illius loci vbi tantum facinus fuit perpetratum nudi diſcalſiati brachijs duntaxat retentis virgam ferentes in manibus et corrigiam circa collum ſi ſecure poterint alioquin alterius alteri per vos deputandi ad quem * tutus eis pateat acceſſus inceſſerint et ante fores ipſarum eccleſiarum a preſbiteris earundem pſalmum penitentialem dicentibus ſe fecerint verberari quum maior in eis aderit populi multitudo preſbytricidij reatum huiuſmodi confitendo et eccleſie cui dictus preſbyter occiſus ſeruiebat ſi nondum ſatiſſecerint ſatiſſaciant competenter pheudo et iure patronatus ſi que ab ipſa eccleſia obtinuerunt ipſis et eius heredibus perpetuo priuatis · Et ne minus vindicta quam exceſſus memoria prorogetur eius liberi propter hoc inhabiles cenſeantur ad beneficium eccleſiaſticum obtinendum niſi cum eis per ſedem apoſtolicam fuerit ſuper hoc miſericorditer diſpenſatum · ipſos laicos et eorum quemlibet a dicta et quibuſvis alijs eccleſiaſticis ſententijs cenſuris et penis quas occaſione premiſſorum

quomodolibet incurrerunt preſbytricidij reatu et exceſſibus huiuſmodi abſoluatis hac vice in forma eccleſie conſueta et iniungatis inde ſibi et eorum cuilibet auctoritate predicta penitentiam talem que eis ſit ad ſalutem et alijs ad terrorem · Ceterum ſi que mandantur facere forſan contempſerint in dictam ſententiam relapſos ſe nouerint ipſo iure · Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub ſigillo officij penitentiarie vij Kalendas Maij pontificatus domini Clementis pape VII. anno octauo ·

Bulla Alexandri Pape pro fratribus Militie Templi ·

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis et epiſcopis et dilectis filijs abbatibus prioribus et alijs eccleſiarum prelatis ad quos preſentes litere peruenerint ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Cum vniuerſis pene fidelibus notum exiſtat quod dilecti filij fratres milicie templi pro defenſione orientalis eccleſie labores ſuſtineant et quomodo ſoli Chriſtiani nominis inimicis crucis Chriſti ſe ipſos opponant decet quemlibet Chriſtianum predictos fratres ſpeciali caritate diligere ac ſe et alios ab ipſorum moleſtijs et iniurijs cohibere · Inde eſt quod vniuerſitati veſtre ad inſtar felicis recordationis Honorij et Innocencij predeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum per apoſtolica mandamus et precipimus quatinus parochianis veſtris ſub anathematis interminatione vocetis ne poſſeſſiones vel redditus eorum vel res alias violenter auferre vel alimenta retinere preſumant vel alias eiſdem irrogare · Si qui vero prohibitionis huius contemptor extiterit et ſecundo tertioue commonitus minime reſipiſcuerit quiſque parochianum ſuum vinculo excommunicationis ſtringat et in locis in quibus

preda fuerit donec reddatur diuina prohibeat celebrari · Ad hec ſententia eccleſiaſtica in malefactores ipſorum fratrum perlata interdum ſine ſatiſfactione congrua relaxatur vnde contigit quod paſſi iniuriam ſua non recuperant nec inferentes liberantur a culpa · preſentium vobis auctoritate iniungimus vt ſententiam excommunicationis vel interdicti propter iam dictos fratres in quemquam perlatam ante ſatiſfactionem congruam non ſoluatis nec aliqua temeritate patiamini violare · Datum Laterani xv Kalendas Junij pontificatus noſtri anno primo ·

Alia bulla eorundem fratrum ·

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis et epiſcopis et dilectis filijs abbatibus prioribus et alijs eccleſiarum prelatis ad quos preſentes litere peruenerint ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Ex parte dilectorum fratrum milicie templi fuit propoſitum coram nobis quod cum ipſi tertiam partem omnium bonorum ſuorum hominum qui poſt ſe relinquunt heredem ſoliti ſunt percipere ac medietatem illorum qui abſque heredibus vel vxoribus decedunt et etiam homines ipſi ad hoc fide poſita teneantur · preſbyteri et clerici tertiam partem portionis que ipſos fratres de iure contingit ſibi preſumunt contra iuſticiam vendicare predictos fratres ſub ea moleſtationibus indebitis fatigantes · Cum igitur eiſdem fratribus qui preſertim hoc tempore pro ſeruitio Jeſu Chriſti exponunt ſe multis periculis et expenſis indebita inferri nolumus grauamina ſed grata ſubſidia miniſtrare · Vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus et precipimus quatinus preſbyteros et clericos antedictos ut ab indebita moleſtatione nominatorum fratrum ſuper portione iam dicta penitus deſiſtentes eam permittant ſicut habetur de approbata conſuetudine hactenus obſeruata ipſis fratribus pacifice poſſidere monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam ſublato appellationis obſtaculo compellatis taliter mandatum apoſtolicum implere quod non poſſitis

de inobediencia reprehendi ymo potius de obediencia commendari · Datum Rome apud Sanctum Petrum ſexto Idus Decembris pontificatus noſtri anno primo ·

Bulla fratrum hoſpitalis Ieroſolimitani quod non liceat quemquam ipſos moleſtare vel iuriſdictionem in eos exercere ·

Innocencius ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis et epiſcopis et dilectis filijs archidiaconis ad quos preſentes litere peruenerint ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Cum dilecti filij fratres Ieroſolimitani hoſpitalis nullum habeant epiſcopum vel prelatum preter Romanum pontificem et ſpeciali prerogatiua gaudeant libertate vos non decet in eos vel clericos aut eccleſias eorum in quibus poteſtatem eccleſiaſticam non habetis abſque mandato noſtro excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare · ſed ſi quando vos vel ſubditos veſtros ijdem fratres iniuſte grauauerint per vos aut nuncios veſtros ad Romanum pontificem ſignificare debetis ac per ipſum de memoratis fratribus iuſticiam optinere · Inde eſt [quod] vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus quatinus in predictos fratres ſeu clericos aut in eccleſias eorum in quibus auctoritatem nequaquam habetis excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare nullatenus preſumatis nec eos alia indebita vexatione grauetis ſed erga ipſos taliter vos habeatis quod non habeant aduerſus vos materiam conquerelandi · ſcituri quod ſi mandatum noſtrum neclexeritis in hac parte dimittere non poterimus quin eiſdem fratribus in ſua iuſticia ſi ad nos querelam interim depoſuerint efficaciter prouidere curemus · Datum Lugduni nono Septembris pontificatus noſtri anno ſexto ·

Alia bulla eorundem fratrum ·

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis et epiſcopis et dilectis filijs abbatibus et prioribus decanis archidiaconis et alijs eccleſiarum prelatis ad quos preſentes litere peruenerint ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Religioſos viros fratres domus Ieroſolimitani hoſpitalis pro religione et honeſtate ſua tanto propenſius a malignorum incurſibus protegere volumus et tueri quanto puriorem deuotionem circa nos et Romanam eccleſiam habere noſcuntur · Inde eſt quod per apoſtolica ſcripta vobis precipiendo mandamus quatenus vniuerſis parochianis veſtris ſub interminatione anathematis prohibere curetis ne a prefatis fratribus vel eorum hominibus de victualibus veſtimentis pecudibus ſeu de alijs rebus eorundem fratrum vſibus deputatis pedagium vendam paſſagium cantagium ſeu aliam quamlibet conſuetudinem exigere vel extorquere preſumpſerint · ſi qui vero contra prohibitionem noſtram venire preſumpſerint eos a preſumptione ſua monitione premiſſa non differatis per excommunicationis ſententiam exercere et in terris ſi quas habent omnia diuina preter baptiſmum paruulorum et penitentias morientium prohibeatis apellatione remota officia celebrari · Super hoc ſicut prefati fratres aſſerunt quidam preſbyteri et alij clerici veſtre iuriſdictionis in eccleſijs illis que pro exceſſibus in domibus predictorum fratrum commiſſis ſub interdicto tenentur diuina celebrare preſumunt eos ſi res ita ſe habet a ſue preſumptionis audacia per ſuſpenſionis et excommunicationis ſententiam appellatione poſtpoſita compeſcatis · Datum Laterani xv Kalendas Marcij anno pontificatus noſtri decimo ·

Alia bulla eorundem fratrum ·

Innocencius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis epiſcopis et dilectis filijs abbatibus prioribus decanis

archidiaconis et alijs eccleſiarum prelatis ad quos preſentes litere peruenerint ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Non abſque dolore cordis et plurima perturbatione didicimus quod in pleriſque partibus eccleſiaſtica cenſura diſſoluitur et canonice ſententie ſeueritas eneruatur vt viri religioſi et hij maxime qui per ſedis apoſtolice priuilegia maiori donati ſunt libertate paſſim a malefactoribus ſuis iniurias ſuſtineant et rapinas dum vix inuenitur qui congrua illis protectione ſubueniat et pro fouenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat · Specialiter autem dilecti filij fratres hoſpitalis Ieroſolimitani tam de frequentibus iniurijs quam de ipſo cotidiano defectu iuſticie conquerentes vniuerſitatem veſtram litteris petierunt apoſtolicis excitari vt ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum debeatis magnanimitate conſurgere quod ab anguſtijs quas ſuſtinent et preſſuris veſtro poſſunt preſidio reſpirare · Ideoque vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus atque precipimus quatenus illos qui poſſeſſiones vel res ſeu domos predictorum fratrum vel hominum ſuorum irreuerenter inuaſerint aut ea iniuſte detinuerint que predictis fratribus ex teſtamento decedentium reliquuntur ſeu in ipſos fratres vel eorum aliquem contra apoſtolice ſedis indulta ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumpſerint promulgare vel decimas laborum de poſſeſſionibus debitas ante conſilium generale quas proprijs manibus aut ſumptibus excolunt ſeu nutrimentis animalium eorum ſpretis apoſtolice ſedis priuilegijs extorquere monitione premiſſa ſi laici fuerint publice candelis accenſis ſingulis veſtrum eccleſijs et dioceſibus veſtris excommunicationis ſententia percellatis · ſi vero canonici regulares vel clerici ſeu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio ſuſpendatis · neutram relaxaturi ſententiam donec predictis fratribus plenarie ſatiffaciant · et tam layci quam clerici ſeculares qui pro violenta manuum iniectione in fratres ipſos vel illorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati cum dioceſani epiſcopi literis ad ſedem apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolui · villas autem in quibus bona predictorum fratrum per violentiam detenta

fuerint quamdiu ibi ſunt interdicti ſententie appellatione poſtpoſita ſupponatis · Datum Laterani xv Kalendas Januarij pontificatus noſtri anno quarto ·

Commiſſio impetrata per dominum epiſcopum Sancti Andree contra deſtruentes hoſpitalia aut in aliam naturam conuertentes et ſpecialiter ad reformandum hoſpitale ſiue Kildey de Monymuſke et proceſſus ſuper eodem ·

Adam de Melros Willelmus de Dryburch [abbates] et Robertus archidiaconus Glaſguenſis omnibus has literas viſuris vel audituris eternam in Domino ſalutem · Literas domini Pape Innocencij tercij in hec verba ſuſcepimus · Innocencius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs de Melros et de Driburch abbatibus ſancti Andree et Glaſguenſis dioceſeos et archidiacono Glaſguenſi · Venerabilis fratris noſtri ſancti Andree epiſcopi ſuſcepimus querimoniam quod kildei quidam qui ſe canonicos gerunt et quidam alij Aberdonenſis dioceſeos infra villam de Monimuſke pertinentem ad ipſum quandam canoniam regularem eodem renitente contra juſtitiam conſtruere non formidant in eccleſie ſue preiudicium et grauamen · Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus partibus conuocatis et auditis hinc inde propoſitis quod canonicum fuerit appellatione poſtpoſita ſtatuatis facientes quod ſtatueritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari · teſtes vero qui fuerint vocandi ſi ſe gracia odio vel timore ſubtraxerint per diſtrictionem eandem appellatione remota cogatis veritati teſtimonium perhibere nullis literis veritati et iuſticie preiudicantibus a ſede apoſtolica impetratis · quod ſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur · Datum Laterani decimo Kalendas Aprilis anno pontificatus noſtri XIII. Harum auctoritate partibus in preſencia noſtra conſtitutis ita inter dominum Willelmum epiſcopum Sancti Andree et kildeos de Monimuſke conſenſu archi-

diaconorum ſuorum et capituli Sancti Andree amicabiliter convenit · videlicet quod dominus epiſcopus Sancti Andree conceſſit vt hijdem kildei de cetero vnum habeant refectorium vnum dormitorium et vnum oratorium ſine ſimiterio ita quod corpora kildeorum et clericorum ſiue laicorum cum eis commorantium in ſimiterio parochialis eccleſie de Monymuſke eccleſiaſticam recipiant ſepulturam ita libere ſicut huc vſque ſolent ſepeliri ſaluo in omnibus iure matricis eccleſie · Erunt autem ibi duodecim kildei et decimus tertius erit Bricius quem ipſi kildei preſentabunt domino epiſcopo Sancti Andree vt ſit magiſter aut prior eorum · Eo autem cedente aut decedente kildei de conkildeis ſuis eligent tres de communi conſenſu eorum et eos epiſcopo Sancti Andree quicunque fuerit preſentabunt vt pro voluntate et diſpoſitione ſua epiſcopus Sancti Andree de tribus aſſumat vnum qui prioratum ſiue magiſterium habeat et eidem tanquam fundatori domus kildeorum fidelitatem faciet · et in electione prioris vel magiſtri kildeorum ita fiet · hoc adiecto quod non licebit eiſdem kildeis vitam ſeu ordinem monachorum vel canonicorum regularium ſine conſenſu ipſius epiſcopi vel ſucceſſorum ſuorum ibidem profiteri in perpetuum neque numerum kildeorum prenominatum excedere · Cedente vero aut decedente aliquo kildeorum libere poterunt alium ſubſtituere vſque numerum prenominatum ita quod quilibet kildeus preſente epiſcopo Sancti Andree vel eo qui per eum ad hoc fuerit deputatus iurabit quod predictam compoſitionem fideliter ſine dolo et malo ingenio quantum in eo erit ſeruabit · Predicti vero kildei dimidiam carucatam terre Egliſmonychcok nomine quam ex donatione Roberti bone memorie epiſcopi Sancti Andree habuerunt adeo libere integre et quiete vt eandem a tempore eiuſdem epiſcopi vſque ad hec tempora poſſederunt de cetero poſſidebunt in perpetuum · habebunt etiam quartam partem obuentionum que in communi conferuntur kildeis clericis ſperſis et ferdis ab hijs qui ibidem ſepulturam eligerint et partem que eos contingit de communi elemoſina que dicitur ſauchbarian et partem que eos contingit de beneficio quod dicitur thonneom thraumund

libere et quiete iuxta quod ab antiquis temporibus retro vſque ad hec tempora habuerint ſaluo in omnibus iure perſone et matricis eccleſie · Terras autem quas hijdem kildei ex conceſſione Gilcriſt comitis de Marr ſine conſenſu predicti epiſcopi receperunt · ſcilicet Dulbethok et Fernochty reſignauerunt in manum epiſcopi ita quod de cetero nihil iuris vendicabunt in eis niſi de conſenſu ſuo aut ſucceſſorum ſuorum · Promiſerunt etiam firmiter quod de cetero nullas terras que ad epiſcopum Sancti Andree debent pertinere ex dono ipſius comitis vel alterius ſine aſſenſu ipſius epiſcopi Sancti Andree de cetero recipient nec aliquid facient quod cedet in preiudicium dignitatis ſue [libertatis] eccleſie Sancti Andree vel in detrimentum eccleſie parochialis de Monymuſke · Cum autem contigerit epiſcopum Sancti Andree venire ad Monimuſke predicti kildei recipient eum cum proceſſione ſolempniter · Dominus etiam Willelmus epiſcopus Sancti Andree promiſit pro ſe et ſucceſſoribus quod eoſdem kildeos iuuabit et manu tenebit tanquam ſuos · Vt autem hec compoſitio futuris perpetuo temporibus rata et illibata perſeueret et preſentis ſcripti munimine et tam ſigillorum noſtrorum quam ſigillorum partium appoſitione et iuramento Bricij et Andree kildeorum pro ſe et ſuis conkildeis interpoſito eſt confirmata · Hijs teſtibus Thoma priore Sancti Andree . magiſtro Laurencio archidiacono Laudonie · Petro · Edwardo · Galfrido capellanis epiſcopi ſancti Andree · Geruaſio de Geaſle · Roberto de Haya · magiſtro Stephano · magiſtro Adam Ouide · et magiſtro Michaele · et magiſtro Petro de Driburch · clericis epiſcopi ſancti Andree · magiſtro Bricio de Monymuſke et multis alijs ·

Carta confirmationis Alexandri regis fratribus Hoſpitalis Jeruſalem conceſſa ·

Alexander Dei gratia rex Scottorum omnibus probis hominibus totius terre ſue clericis et laycis ſalutem · Sciant preſentes et futuri nos conceſſiſſe et hac carta noſtra confirmaſſe Deo et fratribus

hoſpitalis Jeruſalem omnes donationes terrarum hominum et tenentium ac elemoſinarum que eis rationaliter facte ſunt tam in eccleſijs quam in alijs rebus priuilegijs et poſſeſſionibus mundanis · volumus igitur et firmiter precipimus vt dicti fratres omnes poſſeſſiones et elemoſinas ſuas habeant et teneant cum ſok et ſak cum toll et theme infangandthef et cum omnibus alijs hereditatibus et liberis conſuetudinibus ac quietantijs ſuis in boſco et plano in pratis et paſchuis in aquis et molendinis in vijs et ſemitis in moris et mareſijs in ſtagnis et viuarijs in piſcarijs et grangijs ac virgultis infra burgum et extra et in omnibus rebus liberas et quietas de placitis et querelis ſcutagio auxiliis et aſſiſis et de operatione caſtellorum et pontium et de bludwite et de paſſagio pontagio et hoſtellagio et quietas de omni tellonio et de omni ſeculari ſeruicio opere ſeruili exactione et de omnibus alijs conſuetudinibus ſecularibus excepta ſolum iuſticia hominis condempnati et exceptis quatuor querelis que ad coronam noſtram pertinent ſcilicet de rapina de combuſtione de murthir et de femina afforciata · Volumus et concedimus omnibus hominibus predictorum fratrum et qui de eiſdem tenent quicquam in burgo vel extra burgum vt liberi ſint ab omni tolloneo et de omnibus conſuetudinibus in omnibus emptionibus venditionibus qualitercunque contingentibus · Volumus inſuper et firmiter precipimus vt ſi predicti homines · eorundem fratrum et tenentes coram nobis vel aliquibus balliuis noſtris pro aliqua cauſa fuerint amerciati prefata merciamenta ſancto Joanni et dictis fratribus remaneant in perpetuum et ſi predicti fratres aliquo modo fuerint amerciati ſint quieti pro vna vlna ſcarleti · quare volumus et concedimus et firmiter precipimus vt predicti fratres omnia preſcripta habeant et teneant de nobis et ſucceſſoribus noſtris in liberam puram et perpetuam elemoſinam ſecundum quod liberius et quiecius ac plenius temporibus anteceſſorum et ſucceſſorum noſtrorum regum Scottorum illuſtrium habere conſueuerunt · Hec autem omnia preſcripta damus concedimus et confirmamus pro amore Dei et animabus omnium anteceſſorum et ſucceſſorum noſtrorum · Teſtibus Willelmo epiſcopo Glaſguenſi · An-

drea epiſcopo Moravienſi · Willelmo de Bond' tunc cancellario · Joanne [ ] de Huntyngton · Dauid de Lyndeſay · Ricardo Champ' · Dauid Mareſcallo · Waltero Byſet · Johanne de Haya · Alexandro de Stryuelyne · et multis alijs · Apud caſtrum puellarum xxx die Junij anno regni noſtri ſeptimo decimo ·

Confirmatio Alani Hoſtiarij data hoſpitali de Kyncardyn ·

Alanus Hoſtiarius omnibus amicis et hominibus ſuis ſalutem · Sciant preſentes et futuri me dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo et beate Marie et hoſpitali eiuſdem genetricis Dei ſito iuxta pontem quem pater meus fecit conſtrui ſuper Dee et fratribus in eodem hoſpitali Deo ſeruientibus et ſeruituris in perpetuum in puram et perpetuam elemoſinam ad ſuſtentationem eorundem et pauperum receptionem vnam dauacham terre que dicitur Sutheluthy per ſuas rectas diuiſas et cum omnibus iuſtis pertinencijs ſuis et eccleſiam de Kyncardyn in Marr cum omnibus iuſtis pertinencijs ſuis · Quare volo et concedo vt predictum hoſpitale et fratres in eo ſeruientes Deo et ſeruituri in perpetuum predictam eccleſiam et predictam terram habeant teneant et poſſideant in puram et perpetuam elemoſinam per ſuas rectas diuiſas et cum omnibus iuſtis pertinencijs ſuis in terris et aquis in boſco et plano in pratis et paſcuis in moris et marreſijs in lacubus et piſcarijs in vijs et ſemitis in feris et auibus in ſtagnis et molendinis adeo libere quiete plenarie et honorifice ſicut aliqua elemoſina in regno Scotie liberius quietius plenius honorificentius ab aliqua domo religioſa habetur tenetur et poſſidetur · Teſtibus domino Andrea Morauienſi epiſcopo · domino Willelmo Comyn · Willelmo precentore Morauienſis eccleſie · Willelmo cancellario eiuſdem eccleſie · magiſtro Gilberto · et magiſtro Edwardo · et magiſtro Willelmo Agno · canonicis · Roberto de Stutevilla · domino Johanne de Vallibus · et domino Hugone Flamang · domino Johanne de Cambron militibus · domino Willelmo capellano · magiſtro Johanne de

Berwyk · Johanne et Johanne et Petro clericis domini Andree Morauenſis epiſcopi · Gilleberto ſeneſcallo de Vrchard · Radulpho Camerario · Symone de Orreby · Auguſtino Syg' et alijs · Actum anno gracie milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio et tertio Marcij ·

Carta Alexandri regis data fratribus milicie templi Salamonis ·

Alexander dei gratia rex Scottorum epiſcopis abbatibus prioribus comitibus baronibus iuſticiarijs vicecomitibus miniſtris et omnibus balliuis et fidelibus ſuis ſalutem · Noueritis nos conceſſiſſe et confirmaſſe Deo et beate Marie et fratribus milicie templi Salamonis omnes donationes terrarum hominum et elemoſinarum eis a predeceſſoribus noſtris vel ab alijs in preterito vel in futuro vel a nobis in preſenti vel in futuro a regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas vel alio modo acquiſitas vel adquirendas tam in eccleſijs quam in rebus et poſſeſſionibus mundanis · Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti fratres et eorum homines poſſeſſiones et elemoſinas ſuas habeant et teneant cum omnibus libertatibus et liberis conſuetudinibus et quietancijs ſuis in boſco et plano in pratis et paſturis in aquis molendinis ſemitis et vijs et ſtagnis et viuarijs in mareſijs et piſcarijs in grangijs et virgultis infra burgum et extra cum ſocca et ſacca et toll et them et infangandthefe girthebrekyng flemyngrith murthir et latrocinio et forſemento infra tempus reſpectiue et in omnibus locis et cum omnibus cauſis que ſunt vel eſſe poſſunt · Concedimus etiam in perpetuum quod predicti fratres et eorum homines quieti ſint de miſericordijs et quod ipſi et omnes homines ſui liberi ſint ab omni ſcotto et gildo et omnibus auxilijs regum et vicecomitum et omnium miniſtrorum eorum et wapynthak et exercitibus placitis et querelis warda et releuio et de omnibus operibus caſtellorum parcorum pontium clauſurarum et omni cariagio ſummagio et nauigio et domuum regalium edificatione et

omnimoda operatione · Et prohibemus ne boſci eorum ad predicta opera vel ad aliqua alia vllo modo capiantur et ſimiliter bladum eorum vel hominum ſuorum vel aliquid de rebus ſuis vel hominum ſuorum ad caſtella munienda non capiantur · Volumus etiam quod libere et ſufficienter ſine qualibet occaſione capiant de omnibus boſcis ad vſum domuum ſuarum et hominum ſuorum quantum voluerint nec propter hoc in foriffacto vel in miſericordia ponantur · [Per] omnes quoque terras ſuas eſſarta ſua et hominum ſuorum iam facta et que in poſterum fient eis inperpetuum quieta clamamus de viſu foreſtariorum et de omnibus alijs conſuetudinibus · Concedimus inſuper eiſdem fratribus et hominibus ſuis quod de omnibus boſcis quos habent in preſenti infra metas foreſte poſſint eſſartare et colere ſine licentia noſtra vel hominum noſtrorum vel balliuorum noſtrorum ita quod inde in nullo a nobis vel heredibus noſtris vel in perpetuum occaſionentur · Precipimus etiam quod ipſi fratres templi et homines ſui liberi ſint et quieti ab omni theoloneo in omni foro et in omnibus nundinis et in omni tranſitu pontium viarum et maris per totum regnum noſtrum et per omnes terras noſtras et omnia mercata ſua et hominum ſuorum ſint ſimiliter in predictis locis ab omni theoloneo quieta · Concedimus etiam eis et confirmamus quod ſi aliquis hominum ſuorum pro delicto ſuo vitam vel membra amittere debeat vel fugit et in iudicio ſtare noluerit vel aliud delictum fecerit pro quo debeat catalla ſua perdere vbicunque iuſticia fieri debeat ſiue in curia noſtra ſiue in alia curia ipſa catalla ſint predictorum fratrum · Et liceat ipſis fratribus ſine diſturbatione vicecomitum et omnium balliuorum noſtrorum et aliorum ponere ſe in ſayſinam de predictis catallis in predictis caſibus et alijs quando balliui noſtri ſi ad nos pertinerent catalla illa in manu noſtra ea ſayſire poſſint et debent · Et ſi aliquis tenentium predictorum fratrum feodum ſuum foriffecerit liceat ipſis fratribus ponere ſe in ſayſinam de ipſo feodo et ipſum feodum cum pertinencijs ſuis poſſidere · non obſtante eo quod nos conſueuimus feoda fugitiuorum et dampnatorum per vnum annum et vnum diem poſſidere ·

Similiter ſi aliquis hominum ſuorum ſit in merciamento erga nos vel balliuos noſtros pro quacunque cauſa vel delicto vel foriffacto mercie et merciamenta pecunie ſint collecta et in vna burſa ad ſcaccarium noſtrum portata et predictis fratribus ſint ibidem liberata ſeruata regie maieſtatis iuſticia mortis et membrorum · Concedimus inſuper eis quod licet aliqua libertatum ſuarum contentarum in hac carta pro temporis diuturnitate quocunque caſu contingente vſi non fuerint nichilominus tamen eadem libertate de cetero vtantur ſine aliqua contradictione non obſtante eo quod per temporis diuturnitatem ea vſi non fuerint ſicut predictum eſt · Hec omnia predicta et omnia alia ſeruicia ſecularia et conſuetudines que in hoc ſcripto non comprehenduntur eis concedimus et confirmamus in perpetuam elemoſinam cum omnibus libertatibus et liberis conſuetudinibus quas regia poteſtas liberius alicui domui religionis conferre poteſt pro Dei amore et pro anima domini Dauid regis Scotie et pro anima domini Willelmi regis patris noſtri et pro animabus omnium anteceſſorum et ſucceſſorum noſtrorum · Et prohibemus ſuper foriffacturam noſtram quod nullus eis vel hominibus ſuis contra hanc cartam in aliquo foriffaciat quia ipſos homines ſuos et omnes res et poſſeſſiones ſuas et hominum ſuorum in cuſtodiam et ſpecialem protectionem noſtram ſuſcepimus · Hijs teſtibus etc · Datum apud Streuelyne duodecimo die menſis Januarij anno regni noſtri viceſimo ſecundo ·

Carta Radulphi epiſcopi de eccleſia de Obeyne fratribus milicie data ·

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit Radulphus permiſſione diuina eccleſie Aberdonenſis [miniſter] humilis eternam in domino ſalutem · Noueritis vniuerſi nos diuine pietatis intuitu dediſſe conceſſiſſe et hac carta noſtra confirmaſſe Deo et beate Marie et fratribus milicie templi Salomonis in Scotia apud Cultre conſtitutis ad preſentationem nobilis viri domini Walteri Byſſet eccleſiam de Obeyne cum capellis terris decimis oblationibus et

obuentionibus et omnibus iuſtis pertinentijs ſuis in liberam puram et perpetuam elemoſinam · Tenendam et habendam predictis fratribus ad vſus proprios adeo libere et quiete ſicut aliqua eccleſia in regno Scotie predictis fratribus datur et conceditur ſaluis nobis et ſucceſſoribus noſtris iuriſdictione canonica et epiſcopalibus et honeſta ſuſtentatione ydonei vicarij in predicta eccleſia quem predicti fratres nobis et ſucceſſoribus noſtris ſufficientiſſimum preſentabunt qui nobis et ſucceſſoribus [noſtris] de ſpiritualibus et cura animarum reſpondebunt et predictis fratribus de temporalibus · In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri appoſitione corroborauimus · Teſtibus magiſtro Willelmo de Boſco · Ricardo officiali noſtro · domino Stephano Seneſcallo canonicis de Aberden · domino Willelmo · · · · et Alano monachis de Aberden · domino Johanne de Soltre capellano · Roberto de Walchope et multis alijs ·

Bulla de eccleſia de Obeyne .

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs noſtris magiſtro et fratribus milicie templi in Anglia ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum · Cum itaque ſicut nobis exponere curauiſtis venerabilis frater noſter epiſcopus Aberdonenſis eccleſiam de Obeyne ſue dyoceſis cuius ius patronatus habetis vobis · . . . . . .

. . . . . .

.

Confirmatio regis de eccleſia de Obeyne ·

Alexander Dei gratia rex Scottorum omnibus probis hominibus tot us terre ſue ſalutem · Sciatis nos conceſſiſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe donationem illam ſeu collationem quam bone

memorie quondam Radulphus epiſcopus Aberdonenſis de conſenſu et aſſenſu capituli eccleſie Aberdonenſis fecit intuitu caritatis Deo et beate Marie et fratribus militie templi Salomonis de Jeruſalem de eccleſia de Obeyne cum capellis terris decimis oblationibus et ceteris omnibus pertinentijs ſuis · Tenendas et habendas eiſdem fratribus qui pro tempore fuerint in proprios vſus in perpetuum de nobis et heredibus noſtris ſecundum quod in inſtrumentis cartis et munimentis dictorum et capituli eiſdem fratribus exinde confectis plenius continetur ſalua perpetuo vicario per eoſdem fratres preſentato debita et conſueta portione ſua in ipſa eccleſia · Ratificamus etiam preſentationem per predictos fratres factam de Johanne de Anandia capellano noſtro ad vicariam dicte eccleſie de Obeyne vacantis de iure et de facto · Quapropter plenum ius memorate eccleſie de Obeyne cum omnibus ſuis iuribus et pertinentijs eiſdem fratribus contulimus et conſeruauimus inperpetuum intuitu caritatis · Teſtibus Alexandro Comyn comite de Buchane conſtabulario Scotie · Hugone de Abirnethy · Dauid de Lochore · Symone Fraſer · et Willelmo de Sancto Claro · Apud Forfar quindecimo die Aprilis anno regni noſtri viceſimo octauo ·

Donatio Alani Oſtiarij patris hoſpitali fundato apud Kyncardyn onele conceſſa ·

Omnibus Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris Alanus hoſtiarius iuſticiarius Scotie ſalutem eternam in domino · Nouerit vniuerſitas veſtra nos dediſſe conceſſiſſe et hac carta noſtra confirmaſſe Deo et beate Marie et fratribus hoſpitalis fundati a nobis apud Kyncardyn onele duas dauachas terre vnum quod vocatur Sudluyth et aliud quod vocatur Kyncardynonele cum duabus terris infra ipſum dauach de Kyncardynonel iacentibus videlicet Pathkellok et Garſlogay per rectas diuiſas ſuas coram nobis et alijs probis viris perambulatas · Ita ſcilicet ſicut Loutor deſcendit in Dee et ita per Loutor aſcendendo vſque ad

vnum riuulum qui vocatur Contolly qui deſcendit in lacum inferiorem de Lumfanan et ita in altum per dictum riuulum vſque ad quemdam lapidem qui vocatur Quynok et a dicto lapide per quoddam vetus iter vſque ad quemdam mariſium inter Morchory et Potkellok deſcendentem ad quemdam riuulum qui vocatur Haldikat et per Haldikat quouſque Glaſſet deſcendit in Haldikat et ſic a Glaſſet vſque ad vetus iter quod deſcendit verſus Bellotyn et ita a dicto itinere deſcendendo ad quemdam riuulum qui vocatur Donerty et ita dictum riuulum ſequendo quouſque Donerty deſcendit in quemdam riuulum qui vocatur Pelgonir et ita per mediam Monmaden vſque ad quemdam riuulum qui vocatur Donyſchy qui deſcendit in lacum qui vocatur Longyter et ita deſcendendo per Doniſy vſque ad capud de Toliboyer et a Toliboyer per quemdam riuulum qui vocatur Dierdy qui currit per medium Dundaran · ita deſcendendo in Dee in loco qui vocatur Colleſtan cum omnibus pertinentijs et ayſiamentis earundem in pratis paſcuis moris mareſijs boſcis piſcarijs vijs ſemitis paſturis venationibus ſtagnis et molendinis cum omnibus alijs que ad dictas terras iuſte pertinent aut in poſterum pertinere poterint · Dedimus inſuper et conceſſimus dicto hoſpitali ad ſuſtentationem fratrum Deo et beate Marie ibidem ſeruientium auctoritate venerabilis patris P · Dei gratia Aberdonenſis epiſcopi interueniente et aſſenſu nec non et capituli Aberdonenſis eccleſie accedente conſenſu eccleſiam de Kyncardyn onele cum omnibus ſuis pertinentijs et duas acras in quibus ſita eſt eccleſia de Lonfanan cum iure patronatus eiuſdem eccleſie cum capella ſua de Forthery ad eandem eccleſiam ſpectante et cum omnibus decimis rectitudinibus libertatibus et alijs pertinentijs ad dictas eccleſias et capellam iuſte ſpectantibus · Ita ſcilicet quod dictum hoſpitale et fratres eiuſdem hoſpitalis omnia bona dictarum terrarum et eccleſiarum pro ſalute noſtra et anteceſſorum atque heredum noſtrorum ſibi teneant et poſſideant in liberam puram et perpetuam elemoſinam adeo libere et quiete plenarie integre et honorifice ſicut aliqua elemoſina a collatione alicuius baronis in toto regno

Scotie liberius quiecius et honorificentius tenetur aut poſſidetur · ita quod nullus heredum noſtrorum a dicto hoſpitali aliquod exigere preſumat niſi ſolas orationes ad ſalutem animarum · Nos vero et heredes noſtri forinſecum ſeruitium domini regis quantum ad dictas terras pertinet in perpetuum faciemus pro quo volumus quod reſiduum terre noſtre de Onele in perpetuum reſpondeat et ab eodem reſiduo terre noſtre de Onele dictum ſeruitium forinſecum exigatur · Nos autem et heredes noſtri dictum hoſpitale in perſonis terris eccleſijs et rebus omnibus mobilibus et immobilibus et omnibus ſuis libertatibus contra omnes homines et feminas warandizabimus manutenebimus acquietabimus et in perpetuum defendemus · Concedimus inſuper quod aliquo fratrum dicti hoſpitalis preter magiſtrum cedente vel decedente de conſenſu magiſtri ſiue cuſtodis et fratrum eiuſdem hoſpitalis alius loco illius ſubſtituatur · magiſtro cedente vel decedente alius collegio ipſique hoſpitali ad regimen eiuſdem tam in ſpiritualibus quam in temporalibus de ipſis fratribus vel extra vbi magis viderint expedire loco illius eligatur qui electus nobis et heredibus noſtris preſentetur et quod canonicum fuerit dyoceſano loci exhibeatur · Et vt illa donatio imperpetuum rata ſit et inconcuſſa hoc ſcriptum ſigilli noſtri munimine fecimus roborari · Datum apud Innerwry in craſtino inuentionis ſancte crucis anno gratie milleſimo ducenteſimo quinquageſimo · Hijs teſtibus venerabili patre P · Dei gratia epiſcopo Aberdonenſi · Malcolmo archidiacono eiuſdem · domino Colino Hoſtiario fratre noſtro · domino Bartholomeo Andree · Johanne Cambron · Thoma de Cunyngburch · Richardo Maſculo · Colino de Londermer militibus noſtris · Andrea et Willelmo capellanis noſtris · Ada et Ada clericis noſtris et multis alijs ·

Nos igitur Alexander permiſſione diuina epiſcopus Aberdonenſis hanc legimus vidimus et intelleximus non viciatam nec in aliqua ſui parte abolitam et in ſignum veri teſtimonij huic ſigillum noſtrum fecimus apponi ·

Carta Alexandri Comyn comitis de Buchan pro hoſpitali apud nouum burgum in Buchane.

Omnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris Alexander Comyn comes de Buchane tunc iuſticiarius Scocie ſalutem in domino ſempiternam · Nouerit vniuerſitas veſtra nos diuine caritatis intuitu et pro ſalute anime noſtre et Iſabelle comitiſſe ſponſe noſtre et pro animabus anteceſſorum noſtrorum et ſucceſſorum noſtrorum dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe ſex pauperibus prebendarijs apud nouum burgum in Buchane commorantibus et eorum ſucceſſoribus ibidem cauſa elemoſine noſtre perpetuo commoraturis dimidiam acram terre ad meſſuagium et curtilegium que iacet inter meſſuagium capellani verſus orientem et portum eiuſdem ville · qui pro ſalute noſtra et Yſabelle ſponſe noſtre et pro cunctis fidelibus defunctis diuina celebrabit in capella de nouo burgo · Tenendam et habendam eiſdem pauperibus in puram et perpetuam elemoſinam adeo libere et quiete ſicut aliqua elemoſina in regno Scocie liberius et quiecius conceditur et poſſidetur · et quatuor celdras et quatuordecim bollas farine auene annuatim de firma molendini noſtri de Furuy ad eorum ſuſtentationem per manus balliui noſtri de Slanys qui pro tempore fuerit percipiendas · Conceſſimus etiam eiſdem pauperibus ad eorum veſtitum octodecim ſolidos ſterlingorum annuatim ad feſtum ſancti Martini in yeme percipiendos de firmis ville noſtre de nouo burgo per manus prepoſitorum eiuſdem ville · Preterea conceſſimus eiſdem pauperibus communem paſturam ad ſex vaccas in territorio de nouo burgo annuatim et ſufficientem ſuſtentationem in petario eiuſdem loci cum libero ingreſſu et egreſſo in perpetuum · Volumus autem quod cum aliquis predictorum pauperum vniuerſe viam carnis ingrediatur alius egenus loco ipſius ad dictam elemoſinam noſtram percipiendam per nos et heredes noſtros ſubſtituatur · Volumus inſuper quod capellanus qui pro tempore apud nouum burgum in capella ibidem conſtructa pro ſalute anime noſtre et Yſabelle ſponſe

noſtre et pro cunctis fidelibus defunctis diuina celebrabit rerum dictorum pauperum eis a nobis conceſſarum vt ſaluo et honeſto iuxta facultates elemoſine noſtre eiſdem prouideatur generalem habeat adminiſtrationem · et ſi circa predictam ſubſtitutionem negligentes fuerimus quod abſit vel ceteris negocijs in remotis prepediti hoc adimplere non valentes ne elemoſina noſtra in numero predictorum pauperum ex mora diſpenſando protrahatur quod dictus capellanus loco cedentis vel decedentis pauperis alium egenum cuius inopia merito indigeat elemoſina ſuſtentari ſubſtituat alioquin nobis et heredibus noſtris huiuſmodi ſubſtitutio reſeruetur · Obligamus etiam nos et heredes noſtros necnon et ceteros noſtros ſucceſſores nos et ipſos iuriſdictioni epiſcopi Aberdonenſis qui pro tempore fuerit ſubjiciendo vel [*vt liceat*] ei nos et ipſos per cenſuram eccleſiaſticam ad obſeruationem dicte elemoſine et ſuſtentationem vt dictum eſt compellere · renunciando in hac parte pro nobis et heredibus noſtris et ceteris ſucceſſoribus noſtris cuiuſlibet iuris remedio per quod dicta elemoſina deferri poſſet aut impediri · In cuius rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum noſtrum fecimus apponi · His teſtibus domino Ricardo Dei gratia epiſcopo Aberdonenſi · domino Willelmo comite de Marre · domino Willelmo Comyne milite · domino R · dicto Chene milite · Radulpho Laſſelis clerico · magiſto R · de Stratheburg tunc officiali Aberdonenſi et alijs · Actum apud Kelly in Buchan die veneris proxime poſt feſtum ſancti Mathei apoſtoli et euangeliſte anno gratie milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo ·

Vniuerſis ſancte matris eccleſie filijs Hugo Dei gratia Aberdonenſis eccleſie miniſter humilis ſalutem · Sciant preſentes et futuri nos de conſenſu et aſſenſu capituli noſtri dediſſe et hac carta noſtra confirmaſſe Willelmo de Tatenell homini noſtro in feodo et hereditate illas duas carucatas terre in Kynalchmond quas comes Dauid eccleſie noſtre et epiſcopo Matheo dederit · Tenendas et habendas ſibi et heredibus ſuis de nobis et ſucceſſoribus noſtris libere et

quiete ab omni ſeruicio et exactione · Reddendo inde annuatim nobis et ſucceſſoribus noſtris de terris prenominatis ad duos anni terminos ſcilicet vnam marcam ad feſtum Penthecoſtis et vnam marcam ad feſtum ſancti Martini in hyeme · Datum apud Fethirnere xj kalendas Februarij anno gratie milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto · Teſtibus Henrico de Chene precentore · Thoma de Bennam tunc cancellario · Roberto theſaurario · Galfrido tunc archidiacono · Gilberto de Striuelyn · magiſtro Ricardo Logate · Roberto de Glaſclogy · Gilberto rectore de Clatt et multis alijs ·

Carta Martini Aurifabri Waltero de Maleuile conceſſa ·

Omnibus Chriſti fidelibus has literas viſuris vel audituris Martinus Aurifaber burgenſis de Aberden ſalutem eternam in domino · Nouerit vniuerſitas veſtra me dediſſe conceſſiſſe et hac carta mea confirmaſſe Waltero de Maleuile burgenſi de Aberden annualem redditum octo marcarum de mea propria adquiſitione et quem redditum legittime emi percipiendum de terris ſubſcriptis videlicet de illa perticata terre que iacet in vico nauium inter terram que fuit quondam Willelmi filij Hulf que eſt ex parte aquilonali et terram que fuit Simonis Pellipar que eſt ex parte meridionali vnam marcam · et de illis tribus perticatis terre ſimul iacentibus in dicto vico inter terram quam Johannes Cupar tunc tenuit ad feodofirmam de Joanne de Sancto Claro que eſt ex parte orientali et terram quam Nicholaus Carnifex tunc tenuit ad feodofirmam de fratribus ſancte trinitatis que eſt ex parte occidentali viginti et tres ſolidos · videlicet de illa terra quam Willelmus de Buchan tunc tenuit ſex ſolidos · et de illa terra quam predictus Nicholaus de me tunc tenuit ſex ſolidos · et de illa terra que iacet in vico furcarum quam Radulphus Foddoc de me tenuit vnam marcam · et de illa terra quam Colinus Sellar de me tenuit dum viueret in dicto vico inter terram que fuit quondam Andree de Cultyr que eſt ex parte boriali et terram que fuit predicti Radulphi Foddoc que eſt

ex parte auſtrali ſex decim ſolidos · et de illa terra que iacet in vico de la grene inter terram Willelmi Wynk ex vna parte et terram Ade filij Rogeri ex altera ſeptem ſolidos · et de illa terra que iacet in vico de Fotyn inter terram qui dicitur redbachus ex vna parte et terra mJoannis de Garmach ex altera quatuor ſolidos · et de illis croftis quos Henricus dictus Koc piſtor de me tenuit ad feodofirmam iacentibus in Campo Juſticie ex occidentali parte riuuli qui dicitur le Deneburne triginta ſolidos · pro quadam ſumma pecunie quam predictus Walterus mihi in mea magna neceſſitate plenarie numerauit et pacauit · Tenendum et habendum predictum redditum octo marcarum predicto Waltero et heredibus ſuis vel ſuis aſſignatis et recipiendum de predictis terris et earum tenentibus ad duos anni terminos videlicet vnam medietatem ad Pentecoſtem et aliam medietatem ad feſtum ſancti Martini in yeme abſque alio onere aut ſeruicio ſeculari inde faciendo · Ego vero predictus Martinus et heredes mei vel aſſignati mei predictum redditum octo marcarum de predictis terris annuatim percipiendum per omnia bona noſtra mobilia et immobilia terras noſtras et poſſeſſiones predicto Waltero et heredibus ſuis vel ſuis aſſignatis contra omnes homines et feminas et ſub pena compulſionis cenſure eccleſiaſtice in perſonam meam et heredum meorum vel meorum aſſignatorum abſque aliquo remedio de die in diem fulminande warandizabimus in perpetuum et defendemus · In cuius rei teſtimonium ſigillum meum vna cum communi ſigillo de Aberden ad inſtanciam meam hijs literis patentibus feci apponi · Datum apud Aberden die lune proxima poſt feſtum Aſcencionis Domini anno gratie milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo · Teſtibus Matheo Greatheued tunc aldermano de Aberden · Rogero de Ry · Willelmo Alkoc et Willelmo Mareſcallo tunc temporis prepoſitis de Aberden · Johanne de Agnetis · Thoma filio Alicie · Willelmo Propheta · Willelmo . . . . . Malcolmo de Polgoueny · Alano clerico · Thoma Boner · Galfredo dicto de Gaytun · Duncano Mercenar · Johanne dicto Seyer · Symone Tok · Thoma clerico de Aberden · et alijs ·

Carta Walteri de Malewyle data fratribus S · Trinitatis et captiuorum ·

Omnibus ſancte matris eccleſie filijs ad quos preſentes litere peruenerint Walterus dictus de Malewyle burgenſis de Aberden ſalutem in domino ſempiternam · Nouerit vniuerſitas veſtra me de conſenſu et aſſenſu Sybille ſponſe mee caritatis intuitu et pro ſalute anime mee et dicte Sybille ſponſe mee et anteceſſorum et heredum meorum dediſſe conceſſiſſe et in mea bona memoria ac preſenti carta mea confirmaſſe miniſtro et fratribus ordinis domus ſancte trinitatis et captiuorum de Aberden omnes et ſingulas terras cum earum redditibus quas emi de Martino Aurifabro de Aberden tam infra villam de Aberden quam extra tenendas et habendas dictas terras et redditus earundem predictis miniſtro et fratribus in perpetuum ita libere plenarie pacifice et quiete ſicut ego predictas terras aliquo tempore liberius quiecius tenui vel poſſedi · Saluo forinſeco ſeruitio domini regis et aliorum dominorum quantum ad illas terras predictas pertinet prout in carta dicti Martini Aurifabri mihi ſuper dictis terris confecta et predictis miniſtro et fratribus per me deliberata plenius continetur · Dedi etiam et conceſſi fratribus memoratis et eorum ſucceſſoribus annualem redditum duorum ſolidorum argenti percipiendorum de illa terra iacente in vico de Fotyn quam Mariota ſponſa quondam Willelmi Piſtoris tunc tenuit · Ita tamen quod miniſter et fratres predicti pro anima mea et predicte ſponſe mee anteceſſorum et heredum meorum inuenient vnum capellanum ydoneum et honeſtum ſecularem perpetuo celebrantem in eccleſia ſancti Nicholai de Aberden ad magnum altare et ſoluent ſingulis annis luminaribus ſancte Marie et ſancte crucis in dicta eccleſia dimidiam marcam ſterlingorum videlicet medietatem ad pentecoſtes et aliam medietatem ad feſtum ſancti Martini in hyeme de redditibus dictarum terrarum · ſubjiciens me et heredes meos iuriſdictioni ſedis apoſtolice et domini epiſcopi Aberdonenſis et eius officialis qui pro tempore fuerint quod

poſſint me de die in diem et heredes meos excommunicare ſi ego vel heredes mei quod abſit contra hanc donationem et conceſſionem meam venire ſiue contra dicere preſumpſerimus · Inſuper ſi contingat me vel aliquem heredum meorum contra hanc donationem meam in aliquo contrauenire vel contradicere quod abſit volo et concedo quod dominus papa vel ſedes apoſtolica ſi vacauerit de omnibus alijs terris meis acquiſitis penes heredem meum vel heredes meos remanentibus poſſit vel poſſint pro ſue voluntatis arbitrio libere diſponere in ſubſidium terre ſancte conuertendo ſeu pauperibus erogando · Preterea obligo me et heredes meos in penam centum marcarum ſterlingorum fabrice eccleſie beate Marie de Aberden perſoluendarum ſi contigerit me vel ipſos vel aliquem per nos vel pro nobis tenorem preſentis ſcripti in aliquo articulo quod abſit infringere · ita quod dictus dominus epiſcopus vel ſui ordinarij qui pro tempore fuerint tam me quam heredes meos ad ſolutionem dicte pene quam ad omnia alia in hoc ſcripto contenta fideliter obſeruanda licite poſſit vel poſſint compellere et cohercere · renunciando in hac parte pro me et heredibus meis omnibus exceptionibus cauillationibus regijs prohibitionibus et cuiuſlibet iuris remedio canonici et ciuilis quod nobis contra has literas poterit valere ſeu competere ad defenſionem · In cuius rei teſtimonium ſigillum meum vna cum ſigillo dicte Sybille ſponſe mee et cum ſigillo officialitatis Aberdonenſis et ſigillo theſaurarij eccleſie cathedralis Aberdonenſis et ſigillo domini Johannis de Anand perpetui vicarij de Obyn quondam capellani domini regis preſentibus eſt appenſum · Teſtibus Matheo Grethenith · Reginaldo de Malewyl fratre predicti Walteri · Malcolmo de Polgoueny et multis alijs ·

Carta Andree de Berclay domini de Garntuly de terra de Melros ·

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris Andreas de Berclay dominus de Garntuly ſalutem in domino ſempiternam · Nouerit vniuerſitas veſtra me dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta mea confir-

maſſe Ionete de Berclay relicte quondam domini Johannis de Monymous militis totam terram meam de Melros cum pertinencijs vna cum molendino eiuſdem infra vicecomitatum de Banf pro iure et clameo que habuit habet vel habere poterit in futurum de omnibus terris que per Johannem de Berclay patrem ipſius fuerant con queſte · Tenendam et habendam dicte Ionete Mariote et Elizabeth filiabus quondam dicti domini Johannis de Monimous et eorum cuilibet diucius viuenti nec non heredibus de earum corporibus legittime procreandis · quibus forte deficientibus heredibus dicte Ionete de corpore ſuo legitime procreandis · quibus vero deficientibus veris et legitimis heredibus dicti Andree quibuſcunque in feodo et hereditate per omnes rectas metas et diuiſas ſuas in boſcis et planis moris marreſijs vijs aquis ſtagnis molendinis multuris et eorum ſequelis aucupationibus venationibus et piſcarijs tam non nominatis quam nominatis ad dictam terram cum molendino predicto cum pertinentijs ſpectantibus ſeu quoquo modo iuſte ſpectare valentibus in futurum libere quiete plenarie honorifice bene et in pace · Reddendo inde mihi et heredibus meis annuatim vnum denarium argenti nomine albe firme apud Doun ad feſtum pentecoſtes tantum ſi petatur · Ego vero et heredes mei et aſſignati obligamus terram noſtram de Garntuly predictam ad obſeruandum et cuſtodiendum prefatam terram de Melros vna cum molendino eiuſdem cum pertinentijs predictis immunem et liberam ab exactione et ſolutione annui redditus decem librarum ſterlingorum et quatuor celdrarum frumenti debitarum domino noſtro regi · In cuius rei teſtimonium preſenti carte meum appoſui ſigillum · teſtibus nobili viro domino Alexandro Fraſer milite vicecomite de Aberden · magiſtro Reginaldo de Ogiſton rectore eccleſie de Forres · Willelmo de Berclay de Tolly domino de Kercow · Thoma Fraſer domino de Corntoun et multis alijs ·

De tribus croftis infra burgum de Aberden Willelmo de Leth venditis ·

Vniuerſis hanc cartam viſuris vel audituris Johannes de Softelaw burgenſis de Aberden et Emma Browne ſponſa eiuſdem eternam in Domino ſalutem · Nouerit vniuerſitas veſtra nos cum conſenſu et aſſenſu Dauid Browne et Johannis Browne fratrum predicte Emme et filiorum quondam domini Johannis Browne militis non vi coactos dolo nec fraude inductos ſed pro noſtra euidenti vtilitate commotos conceſſiſſe ac preciſe vendidiſſe necnon omnino et imperpetuum a nobis et heredibus noſtris et noſtris aſſignatis quieta clamaſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe Willelmo de Leth burgenſi de Aberden tria crofta et duos redditus annuales infra burgum et libertatem burgi de Aberden iacentes · Quequidem crofta et redditus annuales ex noſtro mero conqueſtu a Dauid Browne predicto procurauimus quorum vnum de dictis croftis iacet infra territorium croftorum ad finem vici furcarum inter terram quondam Duncani filij Galfridi verſus occidens ex parte vna et viam regiam qua itur a burgo de Aberden verſus domos leproſorum verſus oriens ex altera · aliud croftum iacet inter viam qua itur a domibus dictorum leproſorum verſus le Stok'otis verſus auſtrum ex parte vna et montem qui dicitur le Spytelh ylle verſus boream ex altera · tertium vero croftum iacet infra territorium croftorum de Futy inter terram Laurencij filij Dauid verſus boream ex parte vna et terram Duncani Margreue verſus auſtrum ex altera · et vnus annuus reddituus ſex ſolidorum et octo denariorum ſterlingorum iacet in illa terra cum pertinentiis quam tenet Laurencius filius Dauid iacente in vico de Futy inter terram predicti Laurencij verſus boream ex parte vna et terram Duncani Margreue verſus auſtrum ex altera · alius vero annuus redditus quatuor ſolidorum ſterlingorum iacet in illa terra cum pertinentiis quam tenet Adam de Ledhuſs iacente in vico de Futy inter terram abbatis de Londoris verſus auſtrum ex parte vna et terram predicti Ade verſus boream ex altera · pro

quadam ſumma pecunie quam predictus Villelmus pro vero valore dictorum trium croftorum et duorum annualium reddituum die confectionis preſentis carte in noſtra graui neceſſitate et paupertate probata ad ſuſtentationem vite noſtre et liberorum noſtrorum et ad debita noſtra adquietanda in quibus erga plures extitimus onerati bene et fideliter in ſicca pecunia numerata nobis perſoluit vnde nos pro nobis et heredibus noſtris et noſtris aſſignatis bene tenemus contentos et pacatos · Tenenda et habenda predicto Willelmo heredibus ſuis et ſuis aſſignatis pure et imperpetuum a nobis et noſtris heredibus et aſſignatis libere quiete plenarie honorifice bene et in pace ſine aliqua reclamatione ſeu reuocatione noſtrum vel heredum noſtrorum ſeu aliorum quorumcunque nomine noſtro vel ex parte noſtra in futurum · Nos vero predicti Johannes et Emma heredes noſtri et noſtri aſſignati tota predicta tria crofta cum duobus annuis redditibus vt preſcriptum eſt predicto Villelmo heredibus ſuis et ſuis aſſignatis pro predicta pecunia vt premittitur ſoluta et in noſtram vtilitatem conuerſa contra omnes homines et feminas varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus · In cuius rei teſtimonium preſenti carte ſigilla noſtra ſunt appenſa necnon et ſigillum Dauid Browne predicti et ad maiorem ſecuritatem ſigillum commune burgi de Aberden apponi procurauimus · Datum apud Aberden primo die menſis Julij anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo tertio · Hiis teſtibus Malcolmo Wyth · Waltero de Ettale · Willelmo de Perys · Willelmo de Gorh'ne · Duthaco de Carnegy · Roberto Bullok · et multis aliis ·

Conuentio inter J. de Edynham et T. Lowell ·

Preſens indentura facta apud Aberden decimo die menſis Decembris anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo octauo inter Johannem de Edynhame filium et heredem quondam Roberti de Edynhame burgenſem de Aberden ex parte vna et Thomam Lowel filium Roberti et Margaretam ſponſam ſuam ſororem dicti

Johannis ex parte altera teſtatur quod dictus Johannes cum conſilio et aſſenſu Agnetis et Elizabeth ſororum ſuarum et aliorum amicorum ſuorum propinquiorum conceſſit vendidit et penitus dimiſit dictis Thome et Margarete totum annuum redditum ſuum duarum marcarum ſterlingorum ipſum iure hereditaris contingentem de illa terra dicti quondam Roberti patris ſui iacente infra burgum de Aberden in vico furcarum ex orientali parte eiuſdem vici inter terram tunc Johannis de Ettale verſus boream ex parte vna et terram tunc Johannis aurifabri verſus auſtrum ex parte altera cum toto iure et clameo quod vel quem predictus Johannes vel ſui heredes habent vel habere poterunt in dicta terra preſentibus temporibus et futuris pro vndecim libris ſterlingorum bonorum et legalium quas idem Thomas predicto Johanni in ſua graui neceſſitate probata in manibus plenius perſoluit ad ſua debita perſoluenda et ad alia neceſſaria ſibi tunc ſumme facienda · Tenendum et habendum totum dictum annuum redditum cum toto iure et clameo ſupradictis pro predicta ſumma pecunie dictis Thome et Margarete ſponſe ſue et eorum diutius viuenti ac eorundem liberis inter ipſos legitime procreatis ſeu procreandis libere quiete bene et in pace ſine aliqua reclamatione ſeu contradictione predicti Johannis vel heredum ſuorum aut alicuius alterius nomine ſuo imperpetuum facienda · Inſuper conuentum eſt inter eoſdem quod ſi contingat dictos Thomam et Margaretam abſque liberis de corporibus ſuis legittime exeuntibus quod abſit in fata decedere dictus totus annuus redditus cum toto iure et clameo ſupradictis prefato Johanni et heredibus ſuis propinquioribus reuertetur pro vndecim libris ſterlingorum bonorum et legalium heredibus executoribus vel aſſignatis dicti Thome in vno die ſoluendis et in ſolutione competenti reſtituendis ſine fraude · Et ſi contingat dictum Johannem vel heredes ſuos propinquiores in reſtitutione et competenti ſolutione predicte ſumme heredibus executoribus vel aſſignatis dicti Thome faciendis deficere vt premittitur in toto vel in parte totus dictus annuus redditus cum toto iure et clameo ſupradictis in manibus predictorum heredum executorum vel aſſignatorum dicti Thome totaliter ſtabit et abſque ſtrepitu

quocunque permanebit quouſque de tota dicta ſumma pecunie ſimul ſemel et plenarie fuerit ſatiffactum nullo proponendo obſtante · Et ad hec omnia fideliter et integraliter obſeruanda ambe partes alternatim fidem preſtiterunt corporalem · In cuius rei teſtimonium parte huius ſcripti cyrographati penes dictos Thomam et Margaretam reſidenti ſigillum dicti Johannis eſt appenſum vna cum ſigillo communi dicti burgi de Aberden et ſigillis Ade filij Gilberti et Willelmi de Daltoun tunc balliuorum eiuſdem burgi gratia teſtimonij · et alteram partem penes dictum Johannem remanentem dictus Thomas ſigilli ſui impreſſione roborauit vna cum omnibus ſigillis prenominatis die loco et anno ſupradictis ·

Litera pro la Cawſe de Monthe ·

Preſens indentura facta apud Aberden in vigilia pentecoſtes anno Domini milleſimo tricenteſimo octogeſimo quarto teſtatur quod ego Johannes Crab pater burgenſis de Aberden dedi conceſſi et hoc preſenti ſcripto meo ſirografato vel indentato confirmaui dilecto filio meo Paulo Crab totam terram meam de Kyncorth cum pertinentijs impignoratam per abbatem de Aberbroth et conuentum eiuſdem ſub hac conditione quod quandocunque contingat dictum abbatem vel conuentum eiuſdem acquietare vel ſoluere dictam impignorationem dictus Paulus filius meus recipiet et habebit ad vſum ſuum proprium quinquaginta libras ſterlingorum et alias quinquaginta libras habebit in depoſito ad vſum et ſuſtentationem pontis aque de Dee · Etiam dedi et conceſſi dicto Paulo filio meo illos quadraginta ſolidos mihi annuatim contingentes baronie de Fyndon in partibus montium ad vſum opus et ſuſtentationem de Cauſey montium et pontis aque de Dee ſub hac conditione quod dictus Paulus faciat obitum meum in monaſterio de Aberbroth ſicut feci matri ſue et ibi ſoluet decem marcas de firmis de Kincorth · et in partem ſolutionis dictarum decem marcarum do et concedo dicto Paulo Crab illas quinque marcas ſterlingorum in quibus dominus Hugo de Dun-

bar camerarius dicti monaſterij de Aberbroth mihi tenetur · Parti vero huius indenture penes dictum Paulum Crab remanenti ſigillum meum eſt appenſum et ad alteram partem penes me Joannem Crab remanentem ſigillum predicti Pauli eſt appenſum · Acta facta die loco et anno ſupradictis · Producta fuit in medio iſta litera coram reuerendo in Chriſto patre et domino domino Ingeramo Lyndeſay epiſcopo Aberdonenſi ·

Memorandum quod ſequens carta hic ſcribitur ad finem et effectum vt ſciatur quod de decem marcis annuorum reddituum in carta contentis debentur epiſcopo Aberdonenſi ſecunde decime videlicet vna marca ·

Carta Roberti regis Jacobo Fraſer militi de quibuſdam annuis redditibus conceſſa ·

Robertus Dei gratia rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terre ſue clericis et laicis ſalutem · Sciatis nos dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe dilecto et fideli noſtro Jacobo Fraſer de Frendracht militi illum annuum redditum decem marcarum debitum et exeuntem annuatim de terris de duabus Carnulſijs cum pertinencijs iacentibus infra vicecomitatum de Banf et illum annuum redditum decem marcarum debitum et exeuntem de terris de Culmeſty cum pertinencijs iacentibus in dominio de Frendracht infra vicecomitatum de Abreden · qui quidem annui redditus prius fuerunt Ricardi Comyn militis hereditarie ex donatione recolende memorie quondam domini Dauid de Bruys regis Scotorum illuſtris predeceſſoris noſtri et quos annuos redditus idem Ricardus non vi aut metu ductus nec errore lapſus ſed mera et ſpontanea voluntate ſua nobis per fuſtum et baculum ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignauit ac totum ius et clameum que in dictis annuis redditibus cum pertinencijs habuit vel habere potuit pro ſe et heredibus omnino quieta clamauit in perpetuum · Tenendos et

habendos dictos annuos redditus cum pertinencijs dicto Jacobo et heredibus ſuis de nobis et heredibus noſtris in feodo et hereditate in perpetuum adeo libere et quiete plenarie integre et honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia ſicut dictus Ricardus dictos annuos redditus cum pertinencijs de nobis et predeceſſoribus noſtris ante dictam reſignationem nobis factam liberius tenuit ſeu poſſedit · ſaluo ſeruicio noſtro · In cuius rei teſtimonium preſenti carte noſtre noſtrum precepimus apponi ſigillum · Teſtibus venerabilibus in Chriſto patribus Waltero et Matheo Sancti Andree et Glaſguenſis eccleſiarum epiſcopis · Roberto comite de Fyf et de Menteth fratre noſtro cariſſimo · Archibaldo comite de Douglas domino Galwidie · Jacobo de Douglas domino de Dalketh · Thoma de Erſkyne · conſanguineis noſtris dilectis militibus · et Alexandro de Cokburn de Langtone cuſtode magni ſigilli noſtri · Apud Perth duodecimo die menſis Nouembris anno regni noſtri quinto ·

Concordia inter abbatem de Kelchow et fratres Jeroſolomitanos ſuper terris de Cultyr ·

Hoc eſt tranſumptum ſiue copia cuiuſdam tractatus et amicabilis concordie inite facte et concordate inter religioſos viros abbatem et conuentum monaſterij de Kelchow ab vna parte et magiſtrum et fratres militie templi Jeroſolimitani in Scotia ex altera cuius tenor ſequitur et eſt talis · Memorandum quod cum coram de Jedworth et de Sancta Cruce monaſteriorum abbatibus iudicibus a ſede apoſtolica delegatis et eorum commiſſarijs ac demum coram ſubpriore et ſacriſta de Driburgh eorundem commiſſarijs totaliter et in ſolidum fuiſſet queſtio aliquandiu agitata inter viros religioſos abbatem et conuentum monaſterij de Kelcow actores ex parte vna et magiſtrum et fratres militie templi Jeroſolimitani in Scotia reos ex altera parte ſuper capella domus templi de Cultre Aberdonenſis dioceſis quam dicti abbas et conuentus de

Kelchow in parochia eccleſie de Cultre Aberdonenſis dyoceſis quam ſe in vſus proprios canonice optinere dicebant de nouo conſtructam eſſe aſſerentes auctoritate cuiuſdam priuilegij vt nullus in parochijs eccleſiarum quas in proprios vſus optinent eccleſiam vel capellam preter eorum aſſenſum de nouo edificare valeat ſibi a felicis recordationis papa Urbano quarto indulti decerni petierunt ſententialiter fore diruendam · necnon ſuper decimis maioribus et minoribus ac obuentionibus omnimodis prouenientibus tam de terris et culturis proprijs eorundem magiſtri et fratrum quam de alijs bonis ſuis omnibus infra dictam terram ſuam de Cultre exiſtentibus quas idem abbas et conuentus ad dictam eccleſiam parochialem de Cultre ſpectare et a magiſtro et fratribus predictis occupatas et iniuſte detentas eſſe aſſerentes ſibi nomine dicte eccleſie parochialis de Cultre reſtitui petierunt et ipſos magiſtrum et fratres ad earum reſtitutionem ſententialiter condempnari et compelli · exhibuerunt magiſter et fratres predicti quedam priuilegia ſedis apoſtolice ex quorum inſpectione conſtare videbatur fratribus ſui ordinis generaliter eſſe indultum ab antiquo quod liberi ſint et exempti a preſtatione decimarum tam de terris ſuis quas ad culturam deduxerunt vel deducunt quam de terris alijs quas proprijs manibus aut ſumptibus excolunt necnon de ortis virgultis molendinis pratis etiam et piſcarijs ſuis ac animalium ſuorum nutrimentis quodque liceat eiuſdem ordinis fratribus in terris deſertis ſibi pia deuotione collatis eccleſias ſeu capellas et cimiteria pro ſe et hominibus ſuis ibidem manentibus in terris aut culturis ſibi juſto titulo collatis pro ſe ac familia ſua et tranſeuntibus fabricare proponendo ſe huiuſmodi priuilegiorum auctoritate dictam capellam liberam pleno iure apud domum ſuam de Cultre cum cimiterio et baptiſterio eiuſdem necnon decimas et obuentiones omnimodas de ortis virgultis et molendinis pratis piſcarijs et culturis proprijs ac etiam animalium ſuorum nutrimentis necnon de terris ſuis ſcilicet de Tulichezirt et Blaris ſibi de foreſta Regis dum deſerte fuerant et inculte collatis quadraginta annis et amplius pacifice poſſediſſe · propoſuerunt etiam quod ſuis hominibus in alijs terris ſuis

ſcilicet de Kyncolſi Eſtertully et de vtraque Deliburry manentibus quos temporaliter fouere tenentur et tueri ſepulturam eccleſiaſticam baptiſmum et alia ſacramenta eccleſiaſtica inſtanter petentibus cum egerent negare non poterant nec debebant tum quia idem homines etiam volentes ad dictam eccleſiam parochialem de Cultre trans flumen grande ſitam venire propter magnitudinem illius fluminis intercurrentis pontem vel pontionem non habentis perraro accedere poſſunt et poterunt ab antiquo propter quod tam corporum quam animarum hominum ipſorum frequens periculum actenus imminebat · Tum etiam quia ipſi fratres templi terras predictas in quibus idem homines commorantur proprijs ſuis ſumptibus et laboribus ad culturam primitus redegerunt propter quod ſecundum tenorem priuilegiorum predictorum licere dicebant eis decimas eccleſiaſticas et obuentiones omnimodas terrarum ipſarum vtpote incultarum ſeu deſertarum libere ſuis vſibus applicare · Tandem vt omnis materia queſtionis ſuper premiſſis inter partes predictas in perpetuum tolleretur auctoritate ſubprioris et ſacriſte de Driburgh commiſſariorum ſupradictorum interueniente partes predicte ſuper premiſſis amicabiliter compoſuerunt in hunc modum videlicet quod magiſter et fratres predicti capellam ſuam predictam pleno iure liberam habeant et quietam in perpetuum cum cimiterio et baptiſterio eiuſdem pro ſe et familia ſua et tranſeuntibus ac etiam pro hominibus pro tempore manentibus in terris ſuis predictis ſibi de foreſta regis dicto modo collatis necnon decimas et obuentiones omnimodas tam de proprijs culturis molendinis piſcarijs pratis et animalium ſuorum nutrimentis ac alijs proprijs bonis ſuis omnibus quam de predictis terris ſibi de foreſta regis collatis et hominum in eiſdem terris pro tempore manentium libere et quiete habeant et percipiant in perpetuum ſecundum tenorem priuilegiorum ſuorum · Jus etiam eccleſie parochialis et decimarum et obuentionum quod et quale dictum monaſterium de Kelcow et eiuſdem loci abbas et conuentus habuerunt vel habere poterunt in alijs terris magiſtri et fratrum predictorum ſcilicet de Kincolſy Eſtertulli et de vtraque Deliburry appropriabunt et conſolidabunt idem

magiſter et fratres predicte capelle ſue in perpetuum propter cauſas ſuperius aſſignatas et idem ius adeo liberum ſicut ipſam capellam ſaluo iure vicarij perpetui parochialis eccleſie de Cultre habebunt et tenebunt in perpetuum · Reddendo monaſterio predicto de Kalchow annuatim pro recompenſatione fructuum et prouentuum quos idem monaſterium de terris predictis Kymcolſy Eſtertully et de vtraque Deliburry et hominibus habitantibus in eiſdem nomine decimarum et obuentionum percipere conſueuit octo marcas et dimidiam ſterlingorum annuas in domo Templi de Blantrodoc ad feſtum ſancti Jacobi apoſtoli cuiuſlibet anni termino prime ſolutionis incipiente in feſto ſancti Jacobi apoſtoli anni Domini milleſimi cc.lxxx. octaui · Et vt dicta compoſitio rata et firma et inconcuſſa in perpetuum permaneat partes predicte ſe ad ipſius compoſitionis obſeruantiam tam iuramento corporaliter preſtito quam legitima ſtipulatione obligarunt et nichilominus per ſtipulationem legitimam ſibi inuicem alternatim ſoluere promiſerunt intereſſe totiens contra partem dictam compoſitionem non ſeruantem committendum et [per] partem compoſitionem ipſam fideliter obſeruantem exigendum quotiens partem alterutram contra compoſitionem predictam in aliquo venire ſeu contra eam praua machinatione quicquam attentare contigerit · rata nihilominus manente in omnibus compoſitione ſupradicta · Adjicientes et ſpecialiter concedentes quod huiuſmodi intereſſe quotiens commiſſum fuerit probetur ſolo ſacramento procuratoris partis ſepedictam compoſitionem obſeruantis · et ad maiorem huius compoſitionis ſecuritatem partes prenominate renunciarunt in hac parte pro ſe et ſucceſſoribus ſuis inperpetuum exceptioni doli et in factum [conditioni] ex lege et ſine cauſa vel iniuſta cauſa beneficio reſtitutionis in integrum et nouarum conſtitutionum litteris etiam apoſtolicis ſuper bonis alienatis et diſtractis necnon gracijs indulgencijs et priuilegijs contra compoſitionem preſentem ab eadem ſede optentis et optinendis ac omni actioni et exceptioni conſuetudini et ſtatuto necnon omni cauillationi et impugnationi ac omnibus auxilijs et remedijs tam iuris quam facti quibus dicta compoſitio et eius effectus poſſent infirmari

vel impugnari ſeu impediri vel differri · Ad hec predicti abbas et conuentus vna cum predictis magiſtro et fratribus procurabunt et facient quatenus in eis eſt ſupplicando quod epiſcopus Aberdonenſis ſupradictam compoſitionem pro ſe et ſucceſſoribus ſuis ratificabit et approbabit et quod decanus et capitulum Aberdonenſe ſupradictis ratificationi et approbationi confirmatorium conſenſum preſtabunt · In cuius rei teſtimonium parti huius inſtrumenti cyrographati bipartiti penes dictos magiſtrum et fratres reſidenti ſigillum commune monaſterij de Calchow et ſigilla ſubprioris et ſacriſte commiſſariorum ſunt appenſa · Parti vero penes dictum conuentum de Kalchow reſidenti appenſa ſunt ſigillum magiſtri domus Templi in Scotia et commune ſigillum Templi Anglie et commiſſariorum ſupradictorum · Datum apud Lawdre die Martis proximo poſt feſtum Omnium ſanctorum anno Domini M.CC.LXXX. ſeptimo · Iſta litera fuit ſigillata quatuor ſigillis · primum ſigillum fuit de ſera viridi cum agno ſancto in medio in cuius circumferentia ſcriptum fuit ſigillum templi Scotie · ſecundum ſigillum fuit de ſera alba cum ſcuto in quo erant tres vtres · tertium vero ſigillum fuit oblongum cum ymagine beate Marie in medio circumferenciam vero huius non potui legere · quartum ſigillum fuit de ſera alba et oblongum in cuius medio ſculpta fuit ymago ſancte trinitatis poſt cuius litere exhibitionem fui per dominum abbatem de Kalchow cum debita inſtantia requiſitus vt ipſam copiarem et in publicam formam redigerem · Quam literam ſic copiaui et tranſcripſi nichil ei addendo aut minuendo quod facti ſubſtantiam immutauit aut intellectum variauit · Acta ſunt hec in monaſterio de Kalchow ordinis ſancti Benedicti ſancti Andree dyoceſis ſeptimo die menſis Aprilis anno Domini M.CCC.^mo^ nonageſimo ſexto Indictione quarta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Benedicti diuina prouidentia Pape XIII. anno ſecundo · preſentibus religioſis viris et dominis Roberto et Ricardo eiuſdem monaſterij monachis diſcretis viris et dominis Johanne de Grenlaw et de Gordon eccleſiarum de Gordon et Molle parochialium capellanis · Johanne filio Johannis et Wil-

lelmo de Vicar' armigeris et multis alijs clericis et laicis teſtibus ad premiſſa rogatis et ſpecialiter vocatis · Et ego Nicholaus de Burn clericus Glaſguenſis dyoceſis publicus apoſtolica auctoritate notarius premiſſum tranſſumptum copiaui et tranſcripſi nihil ei addendo aut minuendo quod facti ſubſtantiam immutauit aut intellectum variauit et ſigno meo ſolito et conſueto ſignaui rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium premiſſorum ·

Carta Mariorie et Margarete de Strachethine de annuo reditu vendito ·

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris Marioria [et Margareta] de Strachethine filie quondam Michaelis de Strachethin ac heredes legittime et propinquiores quondam Johannis de Edinhame burgenſis de Aberden auunculi noſtri ſalutem in Domino · Nouerit vniuerſitas veſtra nos cum vnanimi conſenſu et aſſenſu noſtro dediſſe conceſſiſſe ac omnino vendidiſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe Willelmo Red de Badfothale totum illum annuum redditum viginti ſex ſolidorum et octo denariorum nobis hereditarie pertinentem de illa terra burgagia quam tenet ad feodofirmam Willelmus Blyndſeill de Thoma Sprynger infra burgum de Aberden in vico furcarum ex orientali parte eiuſdem vici inter terram quam de nobis tenet Ricardus Inchemethane ex parte auſtrali ex parte vna et terram Johannis de Sprowſton ex parte boriali ex parte altera pro quadam ſumma pecunie quam idem Willelmus nobis in noſtra neceſſitate ad noſtram ſuſtentationem plenarie et gratanter in pecunia numerata fideliter perſoluebat · Vnde nos pro nobis et heredibus noſtris et noſtris aſſignatis tenemus bene contentas et dictum Willelmum heredes ſuos et ſuos aſſignatos inde quietos clamamus per preſentes · Tenendum et habendum predicto Willelmo heredibus ſuis et ſuis aſſignatis a nobis et heredibus noſtris et noſtris aſſignatis in feodo et hereditate pure et imperpetuum libere quiete plenarie integre et honorifice bene et in pace ſine

aliquali contradictione aut reuocatione noſtrum vel heredum noſtrorum aut aliorum quorumcunque nomine noſtro vel ex parte noſtra inde facienda cum omnibus libertatibus commoditatibus ayſiamentis et ceteris pertinencijs quibuſcunque ad ipſum annuum redditum ſpectantibus ſeu iuſte ſpectare valentibus in futurum · Et nos vero dicte Marioria et Margareta heredes noſtri et noſtri aſſignati predictum annuum redditum cum pertinencijs prefato Willelmo heredibus ſuis et ſuis aſſignatis contra omnes homines et feminas varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus · In cuius rei teſtimonium preſenti carte noſtre ſigilla noſtra ſunt appenſa et ad maiorem huius rei ſecuritatem ſigilla Symonis de Bynnyne et Heliſei de Dalton duorum balliuorum dicti burgi preſentibus apponi procurauimus · Apud Aberden tertio die menſis Julij anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſexto · teſtibus Willelmo Andree tunc dicti burgi aldermanno · Willelmo de Camera · Laurencio de Leth · Alexandro Banerman · Johanne de Leddale et multis alijs ·

Carta feodifirme dimidie partis de Newlandis ·

Vniuerſis hanc cartam viſuris vel audituris Andreas Vaſe burgenſis de Aberden ··· Sciatis me ··· ad feodofirmam dimiſiſſe et ··· confirmaſſe dilecto conburgenſi meo Johanni Joule totam dimidiam partem terrarum de ly Newlandis mihi iure hereditario contingentem iacentem infra territorium croftorum burgi de Aberden inter communem viam regiam tendentem a ponte latronum vſque ad pontem de Polgowny verſus occidens et ly Tutahill verſus boream et foſſam Foty verſus oriens et croftum quod Johannes filius Henrici tenet de heredibus quondam Johannis Lydale et croftum Johannis Wrycht verſus auſtrum ··· Reddendo inde ··· regi ſeruitium debitum et conſuetum mihi vero heredibus meis et meis aſſignatis ſex ſolidos et viij denarios annuatim · · · In cuius rei teſtimonium ſigillum meum preſenti carte mee appoſui et propter maiorem

rei ſecuritatem et euidentiam premiſſorum ſigilla Andree Giffarde et Alexandri Benyn tunc duorum balliuorum dicti burgi apponi preſentibus cum inſtantia procuraui apud Aberden tertio die menſis Maij anno Domini M.CCCC. decimo · hijs teſtibus Johanne Fychet tunc aldermanno dicti burgi · Jhoanne Scherar et Alexandre de Ruderfurde tunc duobus balliuorum dicti burgi · Villelmo de Camera · Laurentio de Leth · Roberto Dauid · Adam Thome · Thoma de Dalton · et Villelmo Cryne cum multis alijs ·

Carta Andree Vaſe de venditione annûi reditus ·

Vniuerſis hanc cartam viſuris vel audituris Andreas dictus Vaſe burgenſis de Aberden · · · Noueritis me · · · vendidiſſe et · · · confirmaſſe · · · dilecto conburgenſi meo Johanni Ꝿoule totum illum annuum redditum ſex ſolidorum et octo denariorum mihi annuatim debitum et exeuntem de dimidia parte terrarum de le Newlandis iacentium infra territorium croftorum burgi de Aberden inter communem viam regiam tendentem a ponte latronum verſus pontem Bolgouny verſus occidens et ly Tutarhyllis verſus boriam et foſſam de Futy verſus oriens et croftum quod Johannes filius Henrici tenet de heredibus quondam Johannis de Lydale et croftum Johannis Vrycht verſus auſtrum pro quadam certa ſumma pecunie quam predictus Johannes Ꝿoule mihi tempore confectionis preſentium in ſicca pecunia in vrgente neceſſitate mea videlicet ad debita mea acquitanda bene et fideliter perſoluebat · · · Quem vero annuum redditum ſex ſolidorum et viij denariorum propinquioribus conſanguineis et amicis meis legaliter optuli vendendum ad tria capitalia placita dicti burgi prout moris eſt et conſuetudinis burgorum approbata · · · In cuius rei teſtimonium ſigillum meum preſenti carte appoſui et propter maiorem rei ſecuritatem et euidentiam premiſſorum ſigilla Andree Giffarde et Alexandri de Benyn tunc duorum balliuorum dicti burgi apponi preſentibus cum inſtantia procuraui apud Aberden decimo tertio die menſis Julij anno Domini M.CCCC. decimo · Teſtibus

Johanne Fychet tunc aldermanno dicti burgi · Villelmo de Camera · Laurentio [de Leth] · Thoma Spryng · Dauid · Hugone de Aberbothnot · Thoma de Dalton · Adam Thome · Johanne Henrici · Willelmo de Kentor · et Villelmo Cryne cum multis alijs ·

Carta Johannis Rede de annuo reditu vendito ·

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris Johannes Rede faber burgenſis de Aberden · · · Noueritis me · · · vendidiſſe · · · et confirmaſſe · · · Johanni Glenmalwyng genero meo et Jonete ſponſe ſue · · · vnum annuum redditum quinque ſolidorum vſualis monete regni Scocie leuando et percipiendo annuatim de illa terra mea cum pertinentijs iacente in le Chekar Raw ex boriali parte eiuſdem inter terram Gilberti Vauſſ ex parte orientali ex parte vna et terram Valteri Moriſon ex parte auſtrali ex parte altera et communes vias regias tam ex partibus boriali quam occidente pro quadam ſumma pecunie quam predictus Johannes de Glenmalyng in tempore confectionis preſentium in pecunia numerata bene et fideliter perſoluebat de qua quidem ſumma teneo me bene contentum et plenarie perſolutum · · · In cuius rei teſtimonium quia ſigillum proprium non habui ſigillum honorabilis viri Johannis Gray burgenſis dicti burgi vna cum ſigillo Gilberti Vauſſ tunc vnius balliuorum dicti burgi ac ſayſine datorum predictis Johanni de Glenmalyng et Jonete ſponſe ſue de dicto annuo redditu preſentibus cum inſtantia apponi procuraui · Apud Aberden viceſimo die menſis Nouembris anno gratie milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo coram hijs teſtibus Henrico le Winton · Dauid fratre Mathei · Johanne Gilleſpy · Johanne Nachty · Willelmo de Roone · Galfrido Durnag · Alexandro de Vldeny · et Nycholao Dakyr tunc ſergeando cum multis ac diuerſis alijs ·

Carta Willelmi Scherar de annuo reditu vendito ·

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris Villelmus Scherar burgenſis de Aberden · · · Sciatis me · · · vendidiſſe ac · · · confirmaſſe dilecto et ſpeciali meo magiſtro Thome Ednayme canonico Aberdonenſis eccleſie vnum annuum redditum decem ſolidorum de illis duabus marcis mihi debitis annuatim et exeuntibus de terra cum pertinentijs quam de me tenet Johannes Ricardi iacente infra dictum burgum in ly Owerkyrkgat inter terram Roberti Valence ex parte orientali et terram Thome Club ex parte occidentali pro quadam certa ſumma pecunie quam idem magiſter Thomas mihi bene et fideliter perſoluebat in prompta pecunia numerata · Vnde volo et concedo pro me et heredibus ac aſſignatis meis quod dictus annuus redditus decem ſolidorum vſualis monete Scocie ſit primus et proximus de fundo dicte terre ſaluo ſeruicio Regis · · · In cuius rei teſtimonium ſigillum meum preſenti carte mee eſt appenſum et ad maiorem huius rei euidenciam ſigillum commune dicti burgi de Aberdene vna cum ſigillo Alexandri Blyndeſeil vnius balliuorum eiuſdem burgi ac datoris ſaiſine dicto magiſtro Thome de predicto annuo redditu cum pertinentijs apponi etiam preſentibus cum inſtantia procuraui · Apud dictum burgum viceſimo die menſis Januarij anno Domini M.CCCC. quinquageſimo primo · Teſtibus Johanne de Fyff tunc prepoſito · Gilberto Menzeis · Johanne de Mar · Johanne Scrogis filio · Duncano de Clat ·

Fundatio altaris Trium Regum infra eccleſiam parochialem diui Nicholai de Abirdene per Patricium Leſlie burgenſem de Abirdene fundati ·

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris Patricius Leſlie ſenior burgenſis burgi de Abirdene ſalutem · · · Noueritis me in augmentum diuini cultus honorem Dei omnipotentis beate virginis Marie

et beatorum Trium Regum et omnium ſanctorum pro ſalute anime mee ac chariſſime coniugis mee Eliȝabeth Crawfurd ··· dediſſe ··· Deo omnipotenti glorioſiſſime virgini Dei genitrici Marie omnibus ſanctis et altari dominorum Trium Regum infra eccleſiam beati Nicholai de Aberdene ſituato ac magiſtro Gauino Leſlie capellano dicti altaris et poſt eum capellano ydoneo perpetuo celebraturo omnes et ſingulas terras tenementa et annuos redditus ſubſcriptos videlicet totam et integram terram meam anteriorem et interiorem cum ſuis pertinencijs iacentem infra burgum de Abirdene in vico furcarum ex occidentali parte eiuſdem vici inter terras Roberti Craig et Willelmi King ex boreali et terram quondam Joannis Singular ex auſtrali ex vna et communes vias regias verſus oriens et occidens partibus ab altera · et totam et integram meam terram anteriorem et interiorem cum ſuis pertinencijs iacentem infra dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte eiuſdem vici inter terram Jonete Sanchar ex boreali et terram quondam Megate Quhyite ex auſtrali ab vna et communes vias regias verſus oriens et occidens partibus ab altera · totas et integras terras meas tenementa et annuos redditus ſubſcriptos iacentes in burgo de Innerurie videlicet vnum tenementum et tres rudas terrarum cum pertinentijs iacentes ex occidentali parte eiuſdem burgi inter terram Valteri Badȝenocht ſenioris ex boriali ex vna et terram Andree Andirſone ex auſtrali · et aliud tenementum meum et tres rudas ac dimidietatem rude cum pertinentijs iacentes ex orientali parte dicti burgi inter terram Willelmi Leſlie ex boriali ex vna et terram Joannis Forſyith ex auſtrali partibus ab altera · vnum annuum redditum decem ſolidorum de ſex rudis terre Willelmi Blackhall iacentibus in dicto burgo ex occidentali parte eiuſdem ville inter terram dicti Willelmi Blackhall ex auſtrali et terram Roberti Anderſone ex boriali et lie Dawaukland verſus occidens et viam regiam verſus oriens · et vnum alium annuum redditum quinque ſolidorum de tribus rudis terre Roberti Anderſone ſenioris iacentibus in dicta villa ex orientali parte eiuſdem inter terram Joannis Huchefoune ex parte boreali et terram Agnetis Badȝenocht ex parte auſtrali et aquam de

Owrye verſus oriens et communem viam regiam verſus occidens · et vnum annuum redditum ſex ſolidorum octo denariorum de tribus rudis terre

[*Imperfecta* ·]

Obligatio fratrum predicatorum de Aberden ·

Vniuerſis et ſingulis ſancte matris eccleſie filijs ad quorum noticias preſentes litere peruenerint · Nos frater Johannes Penny humilis prior ordinis predicatorum de Abyrdene et conuentus eiuſdem ſalutem · Quoniam vt ait apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal domini noſtri Jehu Chriſti recepturi prout hic in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit ſiue malum · hinc eſt quod magiſter Symon Dodis canonicus eccleſie cathedralis Aberdonenſis et prebendarius de Inuernothy in augmentum diuini cultus et ſupportationem paupertatis predicatorum fratrum et conuentus eiuſdem nobis caritatiue manus porrexerit adiutrices videlicet quadraginta marcas vſualis monete regni Scotie ad emendum et redimendum duas marcas terre ſiue annui redditus vſualis prefate monete priori et fratribus prefati loci de Aberden imperpetuum · De quibus quidem quadraginta marcis prefatum Symonem Dodis ſe ſuos heredes executores et aſſignatos quoſcunque imperpetuum quieteclamamus per preſentes · quas quidem duas marcas predicti annui redditus ſic diſtribui decreuit et ordinauit prefatus magiſter Symon videlicet priori prefato et legittime ſuis ſucceſſoribus intrantibus ſexdecem ſolidos et octo denarios pro ſupportatione oneris ſue domus et reliquos vero decem ſolidos fratribus predicte domus et ordinis inibi canonicas horas cotidie celebrantibus caritatiue diſtribui ordinauit · Quamobrem benefacienti benefacere obligatione naturali tenemur aſtricti nos igitur prior et conuentus ordinis predicti de Aberden fide media obligamur et ſucceſſores noſtros obligari et aſtringi volumus pro vna miſſa de ſancta trinitate ſingulis dominicis ſingulis ebdomatis perpetuis futuris tem-

poribus celebranda pro anima Johannis quondam comitis de Mar et Garioch et pro anima Margarete olim regine Scotie oriunde de Denmark pro fundatore eiuſdem ac pro animabus omnium fidelium defunctorum et in lauacro miſſe poſt officium de profundis more ſolito et conſueto vna cum exequiis defunctorum ſolempniter celebrandis ix lectionum cum reputatione tercij reſponſarij ſemel in anno ſingulis annis perpetuis futuris temporibus prout in extremo iudicio coram ſummo iudice reſpondere voluerimus · In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum commune prefate domus preſentibus eſt appenſum apud noſtrum monaſterium de Aberden quinto die menſis Auguſti anno Domini M.CCCC.LXXXVI · coram hiis teſtibus videlicet · Nos frater Johannes Penny prior teſtis manu propria · Ego frater Henricus Jacſone ſubſcribo ratifico et approbo manu propria · Ego frater Andreas Sancſter teſtis manu propria · Et ego frater Willelmus Achlek ſimiliter · Et ego frater Dauid Andree ſimiliter · Et ego frater Andreas Kynloff ſimiliter · Et ego frater Andreas Forras ſimiliter · Et ego Nycholaus Brown ſimiliter · Et ego frater Mychael Fowlis ſimiliter · Et ego frater Johannes Vode ſimiliter · Et ego frater Georgius Crag ſimiliter · etc ·

Obligatio Fratrum Carmelitarum de miſſis celebrandis ·

Vniuerſis et ſingulis ſancte matris eccleſie filijs ad quorum noticias preſentes littere peruenerint nos frater Johannes Rattray humilis prior ordinis Carmelitarum de Abirdene et conuentus eiuſdem vna cum conſenſu et aſſenſu venerabilis magiſtri fratris Johannis Walch prouincialis totius ordinis Carmelitarum per totum regnum Scocie ſalutem · Quum vt ait apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit ſiue malum · Hinc eſt quod magiſter Symon Dodis canonicus eccleſie cathedralis Aberdonenſis ac prebendarius de Innernothy in augmentum diuini cultus et ſupportationem paupertatis predictorum fratrum et conuentus eiuſdem nobis caritatiue manus porrexerit

adiutrices de ſuo mero et conqueſtu certam pecuniarum ſummam cum quibuſdam alijs rebus nobis et monaſterio noſtro neceſſarijs et oportunis contulit et donauit de quibus omnibus et ſingulis premiſſis prefatum magiſtrum Symonem Dodis et ſuos heredes executores et aſſignatos nunc et imperpetuum quieteclamamus per preſentes · Quamobrem benefacienti benefacere obligatione naturali tenemur aſtricti nos igitur prior et conuentus ordinis Carmelitarum de Aberden obligamus [nos] fide media et ſucceſſores noſtros [pro] vna miſſa celebranda de beata virgine ſingulis ſabbatis ſingulis ebdomatis perpetuis futuris temporibus per prefatum conuentum pro anima Johannis comitis de Mar et Garioch et pro anima Margarete regine Scotie et pro fundatore eiuſdem ac pro animabus omnium fidelium defunctorum et pro animabus predictorum in lauacro miſſe ſcilicet poſt offertorium *de profundis* more ſolito et conſueto vna cum obſequijs mortuorum ix lectionum ſemel in anno ſingulis annis perpetuis futuris temporibus prout in extremo iudicio coram ſummo iudice reſpondere voluerimus · In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum commune noſtri conuentus vna cum ſigillo communi capituli noſtri prouincialis eſt appenſum · Apud Pertht A.D. M.CCCC.LXXX.VII.

Carta Johannis Coliſone priori et fratribus Carmelitarum ·

Johannes Coliſone burgenſis burgi de Aberdene · · · Nouerit veſtra vniuerſitas me Johannem Coliſone · · · dediſſe vnum annuum redditum xx. ß. vſualis monete regni Scotie annuatim exeuntem et leuandum de terris meis de Louchfeldis cum territorio anteriore le kyl et rudis eidem annexis iacentibus ex parte occidentali burgi de Aberdene prout ſe extendit a via regia qua itur a dicto burgo verſus canoniam de Aberdone ex orientali ex vna et le Braidfurde ex occidentali partibus ab altera inter lacum de Aberdene verſus auſtrum et communem le Longrig verſus boriam cum ſuis iuſtis pertinentijs omnipotenti Deo et beate Marie omnibus ſanctis et priori et fratribus conuentualibus Carmelitarum de Aberdene in

horis canonicis diurnis pariter et nocturnis deseruientibus · · · pro vna missa de sancto spiritu annuatim omni quarta feria in singulis ebdomatis per dictos priorem et fratres et eorum successores inperpetuum celebranda pro animabus quondam bone memorie Dauid Colisone Agnetis Fechat olim fratris et matris Johannis Colisone et signanter pro anima venerabilis viri magistri Symonis Dodis fundatoris canonici Aberdonensis ac prebendarij de Innernothy · · · In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigillum meum vna cum sigillo honorabilis viri Andree Culane vnius balliuorum burgi de Aberdene ac safine datoris prefato priori nomine et ex parte sui et dicti sui conuentus de dicto annuo redditu xx. s. super fundo predicto per vnum denarium de owttolle et alium denarium de intolle vt moris est burgorum est appensum · Apud Aberdene xij Maij A.D. M.CCCC.LXXXIX. coram hijs testibus venerabilibus et prouidis viris magistro Thoma Stanne · Johanne Bysset · Duncano Straloch sergiando pro tempore · et Duncano Portar cum diuersis alijs ·

Obligatio collegij ecclesie beati Nicholaij ·

Vniuersis pateat per presentes nos curatum et capellanos collegij ecclesie parochialis beati Nycholai de Aberden teneri et fideliter obligari necnon tenore presentium firmiter nos et successores nostros obligamus venerabili viro magistro Symoni Dodes rectori de Innernothy ac canonico Aberdonensi perpetuis temporibus futuris ad celebrandum qualibet secunda feria ad altare sancti Andree apostoli infra dictam ecclesiam situatum vnam missam de requie cum collecta pro anima quondam bone memorie Johannis comitis de Mar quamdiu dictus canonicus vixerit et post eius decessum pro animabus ipsorum ac omnium fidelium defunctorum cum psalmo de profundis ad primum lauacrum cuiuslibet misse ac ad celebrandum et cantandum post obitum suum annuatim in dominica proxima sequente vnam missam de nota pro animabus

antedictis pro quodam annuo redditu nobis per prefatum rectorem conceſſo imperpetuum · In cuius rei teſtimonium hanc cedulam manibus noſtris ſubſcripſimus apud Aberden xxiij die menſis Marcij anno Domini M.CCCC. octuageſimo nono ·
Dominus Dauid Wauſ curatus de Aberden manu propria · dominus Johannes Stradachyn manu propria · dominus Alexander Gray manu propria · dominus Matheus Nicholay manu propria · dominus Thomas Herwy manu propria · Robertus Leis manu propria · Et ego magiſter Alexander Fyff manu propria · Et ego Johannes Streuelyng manu propria · Et ego Duncanus Nathy manu propria · Et ego Alexander Club manu propria · Ego Thomas Stanne manu propria · Ego Willelmus Crukſchank manu propria · Ego Alexander Byſſot manu propria · Ego Andreas Thome manu propria · Ego Andreas Gray manu propria · Ego Johannes Prat manu propria · Ego Willelmus Moryſon manu propria · Ego Johannes Lytſtar manu propria · Ego Andreas Chawmer manu propria · Ego Ingeramus manu propria ·

Carta priueligiorum ciuitatis Abirdonenſis ·

Jacobus dei gratia rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terre ſue clericis et laicis ſalutem ſciatis nos nunc ad noſtram perfectam et legitimam aetatem viginti quinque annorum exiſtentes poſt noſtram generalem reuocationem de omnibus donationibus per nos noſtraque in tenera etate datis et conceſſis factam noſtri reduxiſſe memorie quod nobis noſtroque conſilio per antiqua noſtra regiſtra et alias euidenter luculenterque conſtat quondam ſanctiſſimum predeceſſorem noſtrum Dauid Scotorum regem glorioſiſſimum infeodaſſe villam de Abbirdone cum bondis et pertinencijs wlgariter nuncupatam Ald Abbirdoin in ſedem epiſcopalem et ciuitatem imperpetuum cum omnibus iuribus libertatibus et priuilegijs ad ciuitatem ſpectantibus ipſamque villam reputamus et declaramus ſic infeodatam eſſe et fuiſſe et eandem etiam de nouo nos nunc ad noſtram perfec-

tam etatem vt premittitur exiſtentes in ciuitatem et vniuerſitatem infeodamus et hac preſente carta noſtra infeodamus cum omnibus inribus libertatibus et priuilegijs ad ciuitatem et vniuerſitatem ſpectantibus et adeo libere ſicut aliqua ciuitatas ſeu vniuerſitas infra regnum noſtrum infeodatur aut poſſidetur · et pro maiori firmitate ac clariori libertate predicte ciuitatis et vniuerſitatis nec non pro ſpeciali deuotione quam gerimus erga glorioſiſſimam virginem Mariam patronam eccleſie cathedralis Abirdonenſis in laudem et honorem eiuſdem et pro ſingularibus fauore zelo et dilectione quos habemus erga reuerendum in Chriſto patrem Willelmum de Elphinſtoun eiuſdem eccleſie cathedralis modernum epiſcopum et prelatum conſiliarium noſtrum intime dilectum noſtri ſecreti ſigilli cuſtodem et pro ſuis fideli gratuito ſeruicio magnis laboribus et expenſis diuerſis temporibus noſtris in legationibus et ambaſſiatis ad Francie et Anglie reges et regna Burgundie et Auſtrie duces alioſque magnates et partes exteras ac in noſtro ſeruicio infra noſtrum regnum pro republica et tranquilitate eiuſdem diuerſimode factis ac etiam pro vtilitate quiete et neceſſaria ſuſtentatione dicti reuerendi patris ſuorumque ſucceſſorum capituli canonicorum capellanorum et ſuppoſitorum predicte eccleſie cathedralis ciuitatis et vniuerſitatis Abbyrdonenſis ac eorum familiarium et ſeruitorum ibidem reſidentium creamus facimus et infeodamus nunc de nouo vt prius et tenore preſentis carte noſtre creamus facimus et infeodamus predictam villam de Ald Abbirdone cum bondis et pertinentijs in ciuitatem et vniuerſitatem ac in vnum merum et liberum burgum in baronia imperpetuum · Conceſſimus etiam per preſenteſque concedimus inhabitantibus eaſdem et impoſterum inhabitaturis plenariam poteſtatem et libertatem emendi et vendendi in ipſo burgo vina ceram pannum laneum et lineum latum et ſtrictum aliaque mercimonia ac habendi et tenendi piſtores braſiatores carnifices tam carnium quam piſcium macellarios alioſque artium operarios ad libertatem burgi in baronia qualitercunque ſpectantes · necnon conceſſimus et concedimus vt in dicta ciuitate vniuerſitate et burgo ſint burgenſes prepoſitus balliui ſer-

iandi et alij officiarij pro gubernatione earundem neceſſarij · et concedimus dicto reuerendo patri ſuiſque ſucceſſoribus Abbirdonenſibus epiſcopis plenariam poteſtatem et libertatem annuatim predictum prepoſitum balliuos ſeriandos et alios officiarios neceſſarios eligendi conſtituendi et ordinandi ac ipſos in et ab eorum officijs quotiens expediens videbitur imponendi et remouendi · et quod habeant teneant et poſſideant crucem et forum in eodem et diem fori ſingulis ebdomadis in die lune · et nundinas publicas ſingulis annis imperpetuum vnam videlicet in Cena Domini ante Paſcha wlgariter nuncupata Skeyrthuriſday aliam vero in die ſancti Luce euangeliſte et per octauas eorundem cum omnibus theloneis libertatibus et priuilegijs ad huiuſmodi nundinas et liberum burgum in baronia et ad ciuitatem et vniuerſitatem ſpectantibus ſeu iuſte ſpectare valentibus quomodolibet infuturum · ac etiam dedimus et conceſſimus ac preſenti carta noſtra damus et concedimus predicto reuerendo patri ſuiſque ſucceſſoribus ac capitulo canonicis capellanis et ſuppoſitis eccleſie cathedralis ciuitatis et vniuerſitatis predicte nunc preſentibus et futuris plenarium priuilegium libertatem et poteſtatem quecunque victualia vina aut alias mercantias infra portum noſtrum de Abbirdeyn ſeu extra eundem deportatas a quibuſcunque noſtris legeis ſeu extraneis aliorum regnorum illuc venientibus pro eorum oportunis vtilitatibus et ad ipſorum et ſuorum domiciliorum ſuſtentationes honeſtas emendi et dicta victualia vina ſeu mercancias iterum minime vendendi aut deſuper quouiſmodo marcandi pro vt temporibus retroactis inuiolabiliter obſeruatur · Tenendam et habendam predictam villam de Ald Abbirdone cum bondis et pertinentijs in ciuitatem et vniuerſitatem ac in merum et liberum burgum in baronia predicto reuerendo patri ſuiſque ſucceſſoribus capitulo canonicis capellanis et ſuppoſitis ac huiuſmodi inhabitantibus et in poſterum inhabitaturis imperpetuum cum ſupradictis priuilegijs libertatibus et conceſſionibus ac vniuerſis alijs libertatibus proficuis commoditabus aſiamentis ac iuſtis ſuis pertinentijs quibuſcunque tam non nominatis quam nominatis ad ciuitatem vniuerſi-

tatem et liberum burgum in baronia ſpectantibus ſeu iuſte ſpectare valentibus quomodolibet in futurum et adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia ſicuti aliqua ciuitas vniuerſitas aut burgus in baronia infra regnum noſtrum Scotie quibuſcunque temporibus retroactis infeodatur ſeu tenetur · predicta noſtra generali reuocatione aut alijs non obſtantibus quibuſcunque ac ſine aliqua reuocatione et contradictione noſtri et ſucceſſorum noſtrorum quorumcunque quouiſmodo ſuper premiſſis faciendis in futurum · In cuius rei teſtimonium huic preſenti carte noſtre magnum ſigillum noſtrum apponi precipimus · Teſtibus cariſſimo fratre noſtro Jacobo Sancti Andree archiepiſcopo duce Roſſie etc · reuerendiſque in Chriſto patribus Roberto archiepiſcopo Glaſguenſi · predicto Willelmo epiſcopo Abbirdonenſi · dilectiſſimiſque conſanguineis noſtris Georgio comite de Hunthlye domino Badzenoth cancellario noſtro · Archibaldo comite de Argylle domino Cambell et Lorne magiſtro hoſpicij noſtri · Archibaldo comite Anguſie domino Douglas · Patricio comite de Bothwell domino Haylis · Alexandro domino Hwme camerario noſtro · Johanne domino Drummond iuſticiario noſtro · venerabilibus in Chriſto patribus Johanne priore Sancti Andree · Georgio abbate de Dunfermling · Henrico abbate de Cambuſkynnoth · Roberto Londy de Ballgony milite theſaurario noſtro · et dilectis clericis noſtris magiſtris Richardo Muyrheid decano Glaſguenſi ſecretario noſtro · Roberto de Fontibus archidiacono Sancti Andree · et Waltero Drommwnde decano Dumblanenſi noſtrorum rotulorum et regiſtri ac conſilij clerico · Apud Lythquho viceſimo primo die menſis Auguſti anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonogeſimo octauo et regni noſtri vndecimo ·

Letter of bailzjary to the Erle of Huntlie ·

Be it kend till all men be thir preſent letteres ws Williame be the mercy of God biſchope of Aberdene with expres conſent and

aſſent of our dene and chanonis and cheptour to the effect onderſpecifeit cheptourlie convenit Thay and all and ſyndrie vderis hewand or pretendand entres in þe actione and caus onderſpecifeit beand obefoir lauchfully ſummond be ane public edict giffin and direct onder our ſeill deulie execut and affixit on our cheptour dur as vſe is with intervale and ſpace neceſſare of þe law vſit and obſeruit of the conſuetude and practik of our diocy · And with lang aviſament mature and perfite deliberatione the weill vtilite and profite of ws our ſucceſſoris biſchopis of Aberdene and ſeit thairof providit ſene conſiderit and diligentlie onderſtand · And becaus ane nobill and potent Lord George Erle of Huntlie Lord Gordone and Badzenoch and Chancellor of Scotland and lieutenent generale of þe north for hymſelf his airis and ſucceſſouris erlis of Huntlie be the tenour of thir preſentis and be the faith and trewth in his body hes oblegit hym hys airis and ſucceſſouris erlis of Huntlie as be his ſpeciale band of mantenance and defence to ws and our ſucceſſouris biſchopis of Abirdene denis chanonis and cheptour thairof and kyrkmen within the ſaid diocy to caus ws to be obeit of all and ſyndrie our fructs annuell rentis and juſt poſſeſſionis alſweill of landis as of teyndis and to fortifie and mantene the criſtiane fayth within the ſaid diocy and libertie of halikirk ſua that quhen he his airis or ſucceſſouris forſaid beis requirit [thay] ſall cum to þe defence and mantenance of þe ſamyn as becumys ane nobill criſtiane man in all tymes cuming and for vtheris gratitudis helpis ſupportis and guid dedis els done to ws and our ſaid ſeyt be the ſaid nobill and potent lord heyrfore to hawe maid conſtitut and ordanit and be the tenour of thir preſentis makis conſtitutis and ordanis the ſaid nobill and potent Lord George Erle of Huntlie Lord Gordoun and Badzenoch and his airis and ſucceſſouris erlis of Huntly our verray lauchfull and ondouttit irreuocabill bailzeis heretabill and perpetuall in all tyme cuming of all and ſyndry our landis ſchyris and annuell rentis with thair pertinentis pertenying in patrimony to ws our ſaid ſeit and biſchopric of Aberdene in propertie with tennent and tennendrie of the ſamyn lyand within

